
PETRIMARTYRIS TRONI NOVARIEN.

Chirurgici maximi.

DE VLCERIBVS, ET VVLNERIBVS CAPITIS.



TICINI,

Apud Hieronymum Bartolum, MDLXXXIV.

Ad instantiam Ioan. Andreæ Viani.

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D. D. MICHAELI BONELLO ALEX.

S. R. E. Card. optimè merito.

CVM omnes amici, ac propinqui diligendi ſunt Cardinalis Illuſtriſſime, tum uerò ſingularem ijs amorem, ac potius obſeruantiam, pietatemq; debemus, quorum egregia uirtus æternis teſtata, ac expreſſa monimentis alios erudit, ac confirmat exemplo, ipſos ſummis laudibus illuſtrat. habet hoc innocenter acta uita, habent recta ſtudia, habẽt te dignæ, ideſt præclarę, æternaq; cum laude cõiunctæ cogitationes, ut uel eos, quos nunquàm uidimus quouis honore dignos iudicemus. Nequeo doctiſſimorum, atq; optimorum uirorum gaudia quanta fuerint explicare, cum tibi Pius V. Pontifex Maximus, nec opinanti, nõ poſtulanti quidem certe honorem eum, qui eſt à ſummo illo, atq; auguſtiſſimo proximus, deferendum putauit; qui cum eſſet auunculus tuus; maiorem tamen induſtriæ, doctrinæ, probitatis, quàm familiæ, ac propinquitatis rationem habuit. una uirtus te ad illum gradum potiſſimè uocauit, una ab omnibus omnium ordinum hominibus ſingularem tibi beneuolentiam, obſeruantiamq; collegit. Ego ita mihi uelim Deum propitium, ut ſtudio tui ſemper fui incenſus incredibili; ſed meo contigit nimis infelici fato, ut moleſtiarum, ac calamitatum fluctibus obrutus, meam tibi non dicam declarare,

sed ne significare quidem uoluntatem, obseruantiamq; potuerim. nunc serò ego quidem atq; aliquando tandem uix emersi, sed tamen emersi. nunc me respexit, ac liberauit Deus, idemq; occasionem, ac facultatem detulit, ex qua meam in te singularem propensionem aliqua, ut ego arbitror, ex parte posses intelligere. Petrusmartyr Tronus Socer olim meus, is, qui proximis superioribus annis, chirurgiam in Ticinensi Gymnasio summa cũ nominis sui gloria publicè professus est, quædam moriens in Hyppocratem scripta reliquit, quæ, qui de ijs rebus iudicare possunt, cum ipsa antiquitate solent comparare. Ea ego, mihi deuinctus oblata, atq; à me in ordinem digesta edere statui; labores, ac uigilias doctissimi, atq; optimi uiri ab hominum obliuione, quantum in me esset, uindicare. Liber uerò in tuo nomine Cardinalis Illustrissimę apparebit; cùm ut magis, ac magis hominis dignitati consulam (impetus enim inuidiæ, ac maleuolentiæ, si qui maledicendi studio ferentur, tua auctoritate facilè frangetur) tum ut ex aliquo signo nostra tibi uoluntas illucescat. neque uerò dubito, quin opusculum à tui studiosissimo scriptum, missum à tibi deditissimo auidè accipias, neque de illo, cùm ad omnem laudem propensus sis, ames plurimum. Vale Sacri Collegij splendor, & Christianę Reipublicæ columen. Ticini kal. Iul.

Ill.mæ & R.mæ D. Tuæ.

Seruus deditissimus,

Federicus Ghislerius Physicus, & Papiæ Legens.

Hyppocr.

Pus

Cur

FINIS.

PETRI MARTYRIS TRONI NOVARIENSIS

PHYSICI, AC OLIM IN TICINEN. Gymnasio chirurgiam in prima ſede profitentis. Expoſitio ſuper libro Hypp. de vlceribus.

TRANSLATIO VIDI VIDII FLORENTINI.

VLcera nulla madefieri debent præterquàm uino, niſi ſi articulũ teneant. quùm, quod ſiccum eſt, ad ſanum: quod madet, ad uitiatum propius accedat. Vlcus enim madet: quod ſanum eſt, ſiccum eſt.

CALVI.

CVncta quidem uulnera ulceraué ne madefacito niſi quædam uino præſertim in articulo, iuncturaué ſi fuerint. Quod enim ſiccum eſt propè ſanum eſt, humidum autem uulnus, ulcuſuè ſanũ non eſt.

IN gratiam cognitionis, & clarioris doctrinæ eorum, quæ ab Hyppocr. ſcribuntur in tractatu hoc, uel libro de ulceribus aliqua prælibare decreui poſtponens data o-

 pera,

pera, quæ inutilia sunt. Videre ergo oportet. Et primò, quid sit uulnus, quid ulcus, & quomodo differant. Secundò, quot sint ulcerum differentiæ, quatenus huic nostro proposito inseruiunt, & quæ sint uulnerum & ulcerũ causæ. Hinc enim ijs sic expeditis ad expositionem text. accedendum erit. Pro primo ergo dico teste Auicen. in 2.fen.primi doct.prima cap.4.& 4.fen. quarti tract. primo cap. primo, quòd uulnus est solutio continui manifesta sine sanie, quæ semper fit ab aliquo telo. Vlcus uerò est solutio continui manifesta cum sanie, quæ quandoque fit ab aliquo telo, quandoque uerò à causa intrinseca; à telo fit ulcus, ueluti quãdo ulcus saniem facit; fit deinde à causa intrinseca, ut contingit in tumoribus præter naturam, qui ad saniem terminantur: nam statim eruptis illis tumoribus fit ulcus, unde discrimen inter hæc duo erit, quia uulnus est sine sanie, ulcus uerò cum sanie, etiam quòd Galen. in 3.4.5.& 6. meth. medendi non ponat differentiam inter uulnus & ulcus, & in 2. comentar. de fracturis idem scribat, nempè quòd duo hæc nomina idem significãt super tex. scilicet ubi scribit Hyppocr. Ossa hæc ferè non rumpuntur nisi acuta, uel graui quappiam re &c. Hyppocr. in hoc tractatu quandoque scribit ulcus absolutè, quandoque uerò ulcus recens, & per hoc intelligit solutionem continui manifestam sine sanie, ut in text. infrascripto colligitur, ubi inquit, Porrò minus inflammatione tentatur ulcus recens omne, & quod cum eo &c. per ulcus absolutè intelligit ulcus in genere, & hæc dicta sint pro descriptione ulceris, & uulneris, & quomodo differant inter se. Occurrit tamen circa hanc partem iam explicatam dubitatio, cum dictum fuerit ulcus esse solutionem continui manifestam cum sanie, & ratio dubitationis est hæc, quoniam ex descensu catharri à capite ad pectus interdum exulcerantur pulmones, cum qua exulceratione stat necessario solutio continui cum sanie, quæ

non

non est manifesta, sequitur ergo diceret aliquis, quòd hæc diffinitio, seu descriptio non sit uera. ad hanc dubitationem facile respondetur si dicamus, quod illa dictio manifesta potest intelligi duobus modis, uno modo quoad sensum, altero modo quoad intellectum, uel rationem, & ita uerum erit dicere, quòd ulcus est solutio continui manifesta sensui, aut rationi, uel dicamus illam exulcerationem in pulmonibus esse quidem manifestam, sed tractu temporis. Pro secundo iuxtam ordinem propositum sciendum ulcerum differentias, quæ nostro proposito inseruiunt desumi ex locorum diuersitate, alia enim fiunt in capite, alia in pectore, & alia in uentre inferiori, per quæ quidem sola penetrantia nunc intelligimus, alia demum fiunt in partibus externis, quæ sunt brachia, femora, manus, crura, & pedes, & hæc ulcera, quæ fiunt in partibus extremis, sunt uel cum fractura, aut dislocatione, uel sine ijs, & hæ sunt differentiæ uulnerum iuxta ea, quæ in hoc tractatu scribit Hyppocr. cum inter alia notet quasdam regulas omnibus uulneribus attinentes, de uulneribus uero capitis loquitur in tractatu speciali, qui de uulneribus capitis inscribitur de uulneribus tandem cum fractura & dislocatione loquitur in primo, & tertio tractatu de fracturis, & in quarto de articulis. Pro tertio quod iam proposuimus notandum causas uulnerum, & ulcerum esse uel intrinsecas, uel extrinsecas; pro extrinsecis intelligo omne genus teli, uoco telum omne id, quod natum est, & aptum soluere continuitatem, & hoc uel est acutum, ut ensis, gladius, & alia huiusmodi, uel est obtusum, ut lapis, & lignũ, cũ quibus læditur corpus humanũ sub hoc genere teli obtusi cõprehendit, & læsio, quæ fit, qñ quis cadit ab alto, uel qñ res grauis ab alto similiter irruit super corpus, ut trabs, aut lapis magnus, quorũ ratione soluitur continuitas secundum plurimum numerum, & dicitur hæc læsio uulnus cum contusione, uel contusio cũ

uulnere accipiendo nomen à prædominante; Intrinsecæ causæ sunt humores, quibus mediantibus fiunt abscesus, siue exituræ, quibus deinde ruptis fit ulcus, & Hypp. in hac parte loquitur de uulneribus, & ulceribus à quibuscunque causis factis, siue illæ sint intrinsecæ siue extrinsecæ. Nunc ad expositionem textus accedamus, qui secundum uersionem Vidi Vidij dicit, ulcera nulla madefieri debent præterquam uino &c. in expositione huius tract. Hyppocr. omnem meam operam dabo, ut quæcunque dixero ad sensum reducantur, dicit igitur ulcera nulla madefieri debent, idest nulla ulcera debent reddi humida, hic pro recta intentione, ac cognitione eorum, quæ scribuntur ab Autore, uidere oportet, qua ratione dicat, q. ulcera in uniuersum madefieri non debeant, & hoc fit, quia reddere rationem eorum quæ ab Autore dicuntur est idem scire quòd Autor ipse sciuit, proinde noto. Et primò quòd ea, quæ madefaciunt sunt in duplici differentia, quædam enim sunt humida in substantia, & in uirtute simul, uel potentia ut oleum, pinguedo liquefacta, butirum liquefactum, et reliqua huiusmodi, quædam uerò sunt humida in substantia, et sicca in uirtute, ut uinum, acetum, aqua maris; quo stante quando Hyppocr. dicit, quòd nulla ulcera madefieri debent, intelligit quia locutus est absolutè, illa medicamenta, quæ humida sunt in uirtute, et in substantia nequaquam conuenire in uulneribus, et ulceribus; cur demum ulcera madefieri non debeant his quæ actu, et potentia simul humida sunt ratio est quia ulcera quæcunque, et uulnera humida ut infra uidebimus, sunt ratione cuius humiditatis prohibetur ipsorum curatio, nam ulcera, et uulnera omnia ad hoc ut sanentur expostulant carnis regenerationem, aut aglutinationem, regeneratio et aglutinatio fiunt à natura, seu à complexione membri ulcerati, natura uerò carnem regenerare, et aglutinare non ualet nisi pars ulcerata sit tem-

perata

perata in quatuor qualitatibus primis, quia ad hoc munus perficiendum ipsa est tanquam artifex, ea enim est quæ generat carnem, & quæ aglutinat teste Gal. 3. meth. cap. 3. nam complexio, natura, temperamentum in quatuor qualitatibus primis idem sunt. Hic tamen aliquis dubitare posset Authore Hyppocr. primo aphorismorum aphorismo decimoquarto, ubi scribit, quòd qui crescunt plurimum habent calidi innati, igitur plurimo egent alimento &c. ex quibus uerbis unusquisque deducere potest, Hypp. uelle id, quod generat carnem, & aglutinat in ulceribus, esse calorem ipsum innatum, quoniam id, quod facit ad incrementum corporis, est idem cum eo, quod generat, & aglutinat, si sic non erit ergo complexio membri, uel natura, ut dictum est. Ad hoc facile est respondere, si dicamus quòd membri complexio est tamquam artifex in generatione carnis, & in ipsa aglutinatione intelligendo tamen, ut Gal. etiam præsupponit, quod simul cum complexione membri temperata concurrat calor ipse innatus, ut cum causa. Reddeo nunc ad propositum, & dico quòd nulla ulcera madefieri debent humidis in uirtute, quia de sui natura, ut diximus, omnia ulcera, & uulnera sunt humida, ex quo sequitur, quòd membri complexio, in quo est ulcus, sit distemperata declinans ad humidum, proinde necesse est si uulnus sanari debet, ut tollatur ista intemperies humida, alioquin natura non poterit sanare uulnus, ut iam diximus, nisi reducatur membrum ad suum temperamentum uerum quod uulnus omne, & ulcus sit humidũ, id est in quo tota difficultas consistit, & id ipsum ego nunc ratione sensata ostendo, aduertendũ igitur quòd & si uulnus cum omni diligentia, ut cum pannis lineis scilicet bonbace, filis, & similibus exicetur ita quod ab omnibus mundum, exiccatumque iudicetur nihilominus statim facta illa exiccatione, & mundificatione oculata fide uidemus humiditates subtiles resudare per porrositates labiorum ul-

ceris,

ceris,& ita fiet si 2.3.4. & pluries ulcus exiccetur, idem dicendum est de ulcere cum sanie,sed dicet aliquis,nondum explicata fuit ratio, cur scilicet ulcera omnia humida sint, & similiter cur in labijs ulcerum resudet illa humiditas in eo enim difficultas posita fuit ideo, ut hoc declaremus accipiamus Gal.qui 3.meth.cap.3. id commodè docet quod & ipso pace sua clarius ex Auicē. fit notum in primo libro fen.prima doctrina 4. cap. 2. ubi de humorum generatione loquitur, ibi enim asserit, quòd in corpore nostro fiunt quatuor concoctiones a quibus resecantur quatuor excrementa,prima enim concoctio fit in uentriculo, & ab ea resecantur excrementa fæcalia, secunda fit in ipso iocinore, & ab ea secernitur excremētum aqueum urina scilicet, quæ excernitur per uessicam, Item & fex.sang. quæ ad lienem transmititur nec non & bilis, quæ ad uessicam feleam detruditur, tertia digestio fit in uenis, & quarta in membris ipsis, ex quibus duabus ultimis digestionibus secernuntur duo alia excrementa,quorum alterum est subtille, quod pro maiori parte resoluitur insensibiliter, & quandoque palam per sudorem;propter nimium exercitium, aut propter nimiam quantitatem cibi assumpti, alterum uerò excrementum est crassum, & id facile dignoscitur si quis mundo corpore induatur ueste linea munda, hinc ad quatuor, aut sex, uel octo dies ea efficitur immunda, ex ijs ergo fit clara ratio, cur in uulneribus resudet illa subtilis humiditas, de qua nuper diximus, deducamus etiam ob eandem rationem, quod omnia ulcera humida sint,quo fit,ut ea semper exiccari debeant, neq; id clarius, ac manifestius,ut mea fert sententia,potuit explicari, cum ratio iam dicta sit maxime sensata, addo præter id confirmationē ex Gal. qui 2. Artis curat:ad glauconem cap. de cura herpetis scribens dicebat,in uniuersum omnia uulnera indigent exiccatione,siue ulcus sit magnum,siue sit paruum, siue sua sponte factum sit, siue alia de causa, quo fit,

ut dicat Hypp. nulla ulcera madefieri debere, ſed potius exiccari, & quod ea ſint exiccanda per conſequentiã neceſſariã ſic oſtendo adducta authoritate Galeni, qui in 4. meth. cap. 6. ubi exponens authoritatem Hypp. in hoc tractatu ſcriptam, in qua dicit ſanguinem fluere ex omni uulnere recenti, præterquàm ex uulnere uentris confert, quia ulcus minus inflãmatur, & redditur ſiccius aſſerebat Hyp. in tractatu de uulneribus, & de ulceribus nullam feciſſe mentionem de miſſione ſanguinis, quæ adeò eſt neceſſaria ad prohibendam inflammationem ad hoc reſpõdens Gal. pro defenſione Hypp. ibi dicebat, quòd ipſe Hypp. intelligit ſi ſanguis ſua ſponte è uulnere non egrediatur, quod tunc debet mitti per ſectionẽ uenæ, ſanguis enim ſua ſpontè exiẽs prohibet inflammationem, & reddit ulcus ſiccius, unde ſi auxilium hoc deficit, ita quod ex uulnere ſanguis ſpontè non egrediatur tũc eo quod idem præſtet, uti oportet ſcilicet uenæ ſectione à ſimili dicendum eſt, quod ſi ulcus nullum madefieri debet, quòd tunc ſequatur illud idẽ eſſe exiccandum, quam expoſitionem confirmant uerba ſubſequentia Hypp. cum dicit, ſiccum ad ſanum, quod madet ad uitiatum proprius accedere, ſubiungit ulcus enim madet, quod ſanum eſt, ſiccum eſt; per hæc uerba oſtendit Hypp. duo, primum quòd membrum ſanum debet eſſe ſiccum, alterum quod membrum ulceratum humidum eſt, quapropter ſi tale membrum, quod ulceratum eſt, debet effici ſanum, oportet quòd exiccetur id autem fit ulcus ipſum exiccando, ſequitur in tex. Hypp. & dicit iuxta Vidum Vidium præterquam uino, ſecundum uerò Caluum, qui in hac parte eſt clarior, inquit, niſi quædam uino, traductiones iſte uariant ſenſum, uel ſententiam authoris, quoniam prima traductio, quæ eſt Vidi Florentini, uidetur aſſerere, quòd uinum conueniat omnibus ulceribus, cum dicat ulcera nulla madefieri debent præterquam uino, quod tamen iudicio meo falſum eſt, & ratio eſt, quoniam ulceribus

ribus

ribus doloroſis, & ulceribus cum inflammationē nequaquam confert uinum Gal. Authore 3. meth. cap.4. & proinde cum Caluus iuxta ſecundam traductionem dicat cũcta quidem ulcera, uulneraue nè madefacito addit niſi quædam uino, per hanc particulam (quædam) oſtendit illa uulnera, quæ ſunt abſque dolore, & inflammatione, & iſtis conueniens eſt uinum. addit iuxta Vidium niſi ſi articulum teneant. iuxtà uerò Caluum huius oppoſitum habemus, cum dicat præſertim in articulo, iuncturaue ſi fuerint; ſi ergo uolumus iuxta Vidium intelligere Hypp. dicendum eſt, quòd quando dicit. nulla ulcera madefieri debent id intelligitur niſi articulum teneant, & ratio eſt, quia ſi fuerint ulcera articulorum, tunc ea debent madefieri ob periculum conuulſionis, & ita non gratia ſui, periculo enim cõuulſionis ſuccurrit oleum in ulcere poſitum, unde in caſu hoc Hypp. habet rationem accidentis conuulſionis ſcilicet, non autem uulneris, quia maior intentio habenda eſt ad id, quod magis urget, ut Gal. ſcribit 4. de Articulis ſuper tex. qui ſic legitur. Quod ſi Hibernũ fuerit tempus lana quoque ſuccida madens ex uino, atque oleo tepido imponenda eſt, & perfuſione inſuper utendum (ſi uerò uolumus intelligere Hypp. ſecundum traductionem Calui, tunc aliter, & ſic dicendum eſt, ꝙ Hypp. intelligit nulla ulcera debere madefieri, præcipuè ſi fuerĩt in iuncturis, aut in articulis, & ratio eſt, quia ulcera madefieri non debent, ſed exiccari, & præcipuè ſi fuerint in articulis, aut in iuncturis, propterea quia in curandis uulneribus iuncturarum, ſeu articulorum indigemus maiori exiccatione, & hoc eſt, quoniam in curandis uulneribus duæ reperiuntur intentiones, una, & prima eſt, quæ reſpicit ulcus, altera quæ reſpicit membri complexionem. Prima quæ refertur ad ulcus, poſtulat, ut contrarijs curetur ſiccis ſcilicet, ſecunda, quæ reſpicit membri complexionem, talis eſt, ut complexio dicti membri cõſeruetur,

quod

quod similibus fieri solet, undè manifestum est quod uulnera articulorum, seu iuncturarum egent maiori exiccatione, quàm uulnera aliorum membrorum. Vt Gal. scribit 3. meth. cap. 4. uerum & si istæ duæ expositiones sint rationabiles, nihilominus secundæ magis inhereo iuxtà Calui traductionem, quoniam Hipp. intentio in hac parte est, ut doceat curare uulnera, & non accidentia uulnerum; Quibus non obstantibus aliquis cõtra iam dicta dubitaret, cum dictum sit quòd nulla ulcera madefieri debẽt ratio est quoniam non uidetur, uniuersaliter uera hæc propositio, & primo cum aliqui sanantur, ut sæpe contingit, oleo communi puro, aut aqua pura, aut cũ peciolis signaculis, & oratiunculis ergo &c. Secũdo additur, quia si ulcus fuerit cũ mala cõplexione sicca, non sanabitur tale ulcus nisi huiuscemodi mala cõplexio tollatur quod solis humidis fieri potest, madefacere ergo & non exiccare ulcera aliquando oportet, si sic ergo falsa iam dicta propositio uniuersalis, quæ asserit quòd nulla ulcera debeant madefieri. His præterea quæ dicta sunt addo Autor. Auicennæ, qui in 4. fen. 4. tract. 3. cap. 10. laudat effusionem aquæ calidæ in ulceribus habentibus intemperiem siccam. Item pro huius rei confirmatione legitur in sacris litteris quẽdam itinerantem fuisse in uia uulneratum, quem Samaritanus curauit oleo & uino, quæ humida sunt. Ad hanc difficultatem, idest ad rationes istas respondere possumus, prius tamen dico ueram esse, & indubitatam hanc regulam ab Hipp. scriptam quòd omnia ulcera, & uulnera debent exiccari & non madefieri ob sensatas rõnes iam dictas, & ita ad primũ cũ dr̃ aliquos sanari oleo, & acqua, respondetur. Authoritate Gal. 10. meth. cap. 4. qđ qñ uirtus est fortis tunc contemnit, & sustinet oĩa, i. cõtẽnit morbum & prauum remedium, proinde non est mirum quòd aliqui sanent̃ etiam adhibitis prauis remedijs, uel dicere possumus, & secũdo ꝙ interdum sanantur aliqui ijs remedijs humidis, & prauis propter immaginationem for-

rem, quam habent ad id remedium, etiam quod malum sit & sic uerificatur dictum illud quod fortis immaginatio ut dicitur quandoq; facit casum. Tertio respondeo cum Theologis, qui dicunt quòd cum aliquis permittit curationem fieri cum istis signaculis, & oratiunculis superstiosis; tunc tales amittunt gratiam Dei optimi adhibentes fidem superstitionibus, undè fit, ut creditur. Demon ipsorum dominus qui ut isti halucinentur, applicat medicamenta exiccantia, & rationi consona inscijs ipsis ægrotantibus, & alijs astantibus hominibus quibus medicamentis rationabilibus tandem sanantur illi, & existimant, se sanatos fuisse prædictis superstiosis remedijs, quæ primo loco, & superstitiosæ fuere applicata supponitur.n. hic Demonem cautũ & calidum agnoscere medicamẽta ad ulcerum sanationem congrua, Nequè ex hoc deducere fas est omnes hisce remedijs, & signaculis sanari, quinimò uidi ego paucos sanatos, & multos ad pristinam sanitatem minimè fuisse redactos, & quod plus est uidi nonnullos mori, qui talibus signaculis curari uolebant, qui de facili medicamentis rationabilibus incolumes euasissent. Ad id uerò quòd dicitur in sacris scripturis de uino, & oleo, saluo semper meliori iudicio dicerẽ, ut theologi tenent id non methodũ curandi sed potius misterium salutis ac redemptionis nostre insinuare dicerẽ ẽt ne uidear a fontibus medicinæ discedere tale remedium quod pro parta exiccat, & pro parte tollit dolorem conuenire in uulneribus, & eo magis si fuerit uulnus ab aere alteratum, quoniam id sanari non potest, nisi saniem gignat, quod optimè per oleum perfici potest, uinum deinde iuuat siccando, & præcipuè ubi uulnus esset cum contusione aliqua, quod in eo casu recitato multi supponunt. Ad id uerò quod dicitur ultimo loco de authoritate Auicenne 4. quarti tract. 3. cap. 10. dicendum quod tale ulcus sanari non potest ni prius tollatur mala complexio sicca, quæ minime aufertur nisi contrarijs, quæ humida sunt, quare humidis medicamentis

dicamentis

dicamentis utendum, addas tu ad curationem scilicet illius malæ complexionis, quasi dicamus si applicantur medicamenta humida in ulceribus, id non fit gratia uulneris, quoniam id semper eget siccis, sed gratia illius malæ complexionis, & ita contra dictam uniuersalem propositionem nulla erit authoritas adducta, neque hic grauabor pro clariori huius rei doctrina adducere exemplum, uidi ego in Illustrissimo & Excellentissimo Principe D.D. Ferdinando Gonzaga patiente ulcus in crure sinistro quod erat ualde paruum, attamen illud nunquam potuit sanari, etiam quod multa medicamenta rationi consona adhibita fuissent & de hoc mirabar ipse undè immaginatus sum quòd ulcus illud esset cum aliqua intemperie sicca, & ita me mea non decepit opinio, nec facilè in principio morbi dignosci potuit intemperies illa sicca, quia uidebatur ulcus mundum, absq; inflammatione, sentiebam enim cutem ad tactum sicciorem cute partium circumiacentium, quare hoc cognito statim usus fui medicamentis frigidis, & humidis, cum anni tempus esset calidum, & in paucis diebus effectus est sanus, medicacamentum fuit hoc, uitellus oui recentis cum Butirro, & oleo rosato, eductis omnibus in mortario plumbi.

VIDI VIDII.

EXpedit autem quùm cataplasma non inducitur, à uinculo quoq; abstinere. Est etiam interdum, ubi in ulceribus uti cataplasmate non licet, idq; in recentibus magis quàm in uetustis, tum in ijs, qui articulos infestant.

CALVI.

MElius autem est quod non emplastretur non ligare neque emplastrare est quædam uulnera magis uerò recentia quam uetusta queque in articulis sunt.

HYpp. in hac parte a natura rei procedendo uidetur uelle, ꝙ ubi non conuenit cataplasma quòd neque conueniat uinculum, & cataplasma interdum admoueri non debet in ulceribus & in recentibus minus quàm in uetustis tum & in ijs quæ articulos infestant, hic ergo pro tex. Hyppocr. declaratione uidere oportet, quid sit cataplasma & quotuplex, & de quo cataplasmate hic loquat̃ author. secũdo quid, & quotuplex sit uinculũ, & de quo uinculo hic sit sermo. 3. declarabimus quid, & quotuplex sit ulcus, ut proposito nostro inseruit, & tandem pro, 4. de ulcere, uel de quibus ulceribus hic loquatur pro primo dico quòd cataplasma est medicamentum habens substantiam densam, ut dicemus & est idem quod emplastrum secundum modernos antiqui uerò pro cataplasmate intelligunt medicamentum ut dixi, habens substantiam densam, & per emplastrum intelligunt id, quod moderni uocant unguentum, ut apparet per Auic. in 5. libro, & per Hypp. in hoc tractatu, est deinde cataplasma multiplex. aliud. n. est repercussiuum, aliud attractiuum, aliud mollitiuum, aliud resolutiuum, aliud exiccatiuum, & aliud maturatiuum, de quibus hic non loquatur. Hypp. præterquam de maturatiuo, de hoc. n. solo sermo est, & de hoc uerificantur, uerba authoris nostri, nunc accedo ad secundum quod erat de uinculo, dico igitur quod uinculum est quoddam genus præsidij, quo utimur quandoq; gratia præseruationis, quòd sæpè contingit in tumoribus tibiarum, quandoquè uerò ad curationem morborum confert, ut in uulneribus, fracturis, & dislocationibus, Estq; uinculum triplex, nam unum est illud, quod facit ad retentionem medicamẽtorum super ipsis ulceribus, alterũ & secundum est quod facit ad expræssionem materiei existentis in ulceribus habentibus sinum. Aliud tandem & tertij generis uinculum est, quod facit ad retinendas partes queͅ disiunctæ sunt ut unite permaneant, de quibus uinculis loquitur Auic. in 4. fen. quarti tract. primo cap. 8. pro tertio.

tio uerò & 4. sciendum quòd ulcus ut diximus in præcedentibus est solutio continui manifesta, & id duplex est uel recens, uel antiquum, ulcus recens est sine sanie, antiquum non sine sanie est, præterea aliud est in partibus carnosis, aliud uerò in partibus neruosis, ut sunt ulcera, quæ fiunt in iuncturis, quibus sic prænotatis facilè erit exponere tex. Hypp. si dixerimus. Authorem intelligere uel uelle quòd in ulceribus carnosis, & simplicibus non indigemus cataplasmate maturatiuo neq; doloris sedatiuo, neq; mollitiuo, neq; resolutiuo, neq; exiccatiuo, neq; attractiuo, neq; etiam repercussiuo, sed tantùm indigemus exiccatione, quæ fieri potest absq; cataplasmate, & uinculo retinente cataplasma, Sed eo uinculo tantum, quod retinet labbia appropinquata, & tunc tale uinculum solum est sufficiens ad agglutinationem in ulceribus recentibus simplicibus loquendo de solis carnosis, & ex ijs pateat. Hypp in hac parte loqui de cataplasmate maturatiuo tantum, & de uinculo retinente medicinã super ipsis ulceribus, & de uulneribus recentibus carnosis, & simplicibus, quibus iam dicta & cataplasma, & uinculum non conueniunt.

VIDI VIDII.

ABstinentia uerò & aqua, tam cunctis ulceribus prodest, quàm quod maximè magis autem recentibus, quàm uetustis. Tum ubi inflammatio uel accesserit, uel expectetur, seu periculum instet, ne quid corrumpatur, seu articuli ulcere premantur, atq; inflammatione, nerui distentione periclitentur, aut uenter uulneretur, sed ut cum maxime, si caput, femur, aliudue perfringatur.

CALVI.

PArum comedere & aquam potare in omnibus uulneribus quam maximè confer, magisq; recentibus quam ue-

tustis quodq; uulnus sese inflammatum est quodq; timetur periculumuè est nè sideretur putrescatuè, uulneribusq; iis, & inflammationibus, quæ in articulis sunt, magnusque dolor, spasmusuè ne fiat ubi periculum est, capitis, uentrisq; uulneribus præcunctis, coxaque fracta, locoque alio ubi fractura sit.

HIc text. præter id quod Hyppocr. uictus rationem ostēdit ulceribus conuenientem, magnam etiam amplectitur sententiam, atque doctrinam sub paucis uerbis, sententia ipsius est, quod cibi abstinentia prodest cunctis ulceribus, magis tamen recentibus quam uetustis, & adhuc magis ubi cum ulcere sit inflammatio, aut expectetur & maxime ubi periculum imminet, ne quid corrumpatur adhuc magis utilis est abstinentia ubi ulcera sunt in articulis cum inflammatione, aut conuulsione utilior adhuc magis, ubi uenter uulneretur adhuc & tandem omnium maxime utilissima est, si caput, femurуè confringantur ratio uerò cur abstinentia cibi, & potus aquæ in istis casibus maxime conueniunt est, & prima quia ulcera redduntur sicciora, seu minus humida, quoniam in cibi abstinentia humores in corpore existentes euacuantur seu ressoluuntur, ut Galenus habet 14. meth. cap. 3. ubi referens causas propter quas contingit corpus euacuari asserebat totum corpus euacuari ꝑ phlebotomiam, pharmaciam, per climata, per frictiones, per balnea, & per cibi abstinentiam, ex quo necessario sequitur, quòd in cibi abstinentia ulcus exiccetur, secunda ratio est quoniam cum quis abstinet à cibo, paucum generatur nutrimentum, & ex consequenti pauca excrementa, quæ transmitti solent à membris fortibus ad debilia, inde cum ea pauca sint, ut dictum fuit, sequitur quod ulcus reddatur siccius, uel saltim minus humidum, tertia ratio ea esse potest, quia ulcus minus corripitur inflammatione, adde etiam id, quod magis est, scilicet naturam minime diuerti à

pugna contra morbum quod maximi momenti est, nam natura non impedita circa concoctionem cibi fortius contra morbum pugnat, & quoniam cibi abstinentia duo nobis prænotare potest, uel abstinentiam absolutam, quæ est nihil penitus ægrotanti exhibere, uel abstinentiam à magna quantitate, quod est dare quidem cibum, sed in pauca quãtitate, quæ quidem pauca quãtitas habet latitudinem. Ideo uidere expedit in hac parte primo, utrum aliquo in casu liceat abstinere à cibo in totum, & si liceat, quis sit ille casus, uel morbus, in quo id contingat, & quousque. Secundo in quo casu conueniat exhibere cibum in pauca quantitate, & qualis esse debet, & quousque. Satisfacio ad hæc quæsita, & primo dico, quòd ratio uictus desumi debet, ut à natura rei progrediamur nempè à uirtute, complexione, consuetudine, ętate, anni tempore, & à regione. Secundo loco dico quod maximè consideranda est morbi uulneris scilicet magnitudo, quæ ex tribus fontibus deducitur; primo ab essentia, secundo à præstantia membri, tertio à prauitate, siue malitia ipsius morbi, quæ quidem omnia considerantur ab Hyppocr. in isto tractatu, & à Gal. 4. meth. cap. 6. commodè recensentur qui diffusè, & clarè uoluit, uulnus esse magnũ ratione essentiæ quando est cum magna solutione cõtinui, secundo ratione nobilitatis membri, ut si fiat uulnus in capite, aut in pectore, aut in uentre inferiori, tertio est magnũ uulnus, ratione prauitatis, & malitiæ, ueluti quando est in loco plurimum neruoso, ossuoso, & cum paucitate carnis, tale enim uulnus ad pessimam naturam accedit, summatim ergo in ratione uictus, consideranda sunt ætas, complexio, anni tempus, regio, & consuetudo, item morbi magnitudo, atque molestia cum uirtutis robore, quibus omnibus rectè consideratis facilè erit uictus rationem constituere, & ita ad proposita quæsita respondeo, & dico, quod in fractura femoris, & adiutorij cum uulnere, ut scribit Hyppocr. abstinendum est in totum à cibo. Vt ipsemmet scribit tertio de

fracturis quo in loco abstinet à cibo usque ad decimum quartum diem cum ibi clare dicat si homo amara bile redundet, sustineri debet potione aquæ, cui exiglisis odorati paulum aspersum fuerit, sed si amara bilis non redundat, contentus sit aquæ potu, si quidem continente febre laboret non minus quatuordecim diebus hoc uictu utatur. Si febre uacet septem; quæ regula obseruari debet non solum in istis duobus casibus iam dictis, sed etiam in omnibus uulneribus fortibus, & magnis, in quibus maxime fiunt dolores, febres, conuulsiones, sitis uigiliæ & similia, quæ uulnera fortia, & magna sunt ea quæ fiunt in capitibus musculorum, & in extremitatibus ipsorum, præcipue neruorum, ut sunt uulnera geniculi, & cubiti, sub quibus uulneribus cõpræhenduntur uulnera omnia magna, quomodocunq; magna sint uel ratione essentiæ morbi, uel ratione præstantiæ & nobilitatis membri, seu ratione prauitatis, quæ omnia comprehensa fuere ab Hipp. in hoc tex. cum dicit magis autem recentibus, quàm uetustis ubi inflammatio uel accesserit, uel expectetur, & periculum instat, nequid corrumpatur seu ulcera articuli premantur atq; inflammatione nerui distentione periclitentur, aut uenter uulneretur intelligendo per uentrem etiam pectus, eò maximè si caput, femur aliuduè perfringatur est tamen intelligendum, quod talis cibi abstinentia obseruari debet uirtute forti existente, & idcirco ponderanda sunt uerba. Hipp. in 3. de fracturis in textu ubi scribit, sic quibus femoris uel humeri os excessit &c. qua in parte uult multum differre uirtutem à uirtute, & naturam à natura, ea propter dicendum esse arbitror, quòd tempore Hipp. corpora essent robustiora, & magis tollerãtia tantam cibi abstinentiam nec uideo quòd nostris temporibus aliquis possit tantam inediam perferre, proinde ego soleo in istis casibus prouidere, ut abstineant a cibo patientes per duos, aut tres dies, deinde concedo libenter panatellã, aut ptisanam ordeaceam usq; ad septimum diem, à septima

usq;

usque ad decimam quartam maiorem addo quantitatem, à decimaquarta concedo ouum tutò, aut parum contusi, aut pulli aliquid, à uino abstineo usque ad uigesimam, & quandoque usque ad trigesimam, nonnunquam usque ad quadragesimam, hæc cibi abstinentia magnifacienda est, quoniam Vidi aliquos patientes uulnera fortia, & magna cum cibi abstinentia sanitati restitutos fuisse, aliquos etiam uidi patientes uulnera magna quidem non tamen fortia adeò, & magna delinquentes in cibi assumptione ad interitum ductos fuisse, etiam quod ulcus esset ex ijs, quæ pro maiori parte sanari solent, & ut uideor mihi uidere, iuuat cibi abstinentia, quia natura non diuertitur à pugna ratione cōcoctionis cibi, ut supra dictum fuit. Abstinentia uerò à cibo quæ est parum alimenti exhibere, stat in panatellæ, seu in ptisanæ ordeaceæ assumptione, quæ obseruari debet in ulceribus non adeo fortibus, & magnis, & ita siue in totum abstineas à cibo seu parum cibi exhibeas, id obseruari debet habita ratione ad uirtutem, & hæc sint dicta ob tot, & tanta commoda, quæ, ut diximus, sequuntur ad cibi abstinentiam: excluduntur tamen ulcera in quibus caro regenerauda est, teste Auicenna in quarta, fen. quarti, tractatu primo, subiungit deindè Hyppocr. & inquit, (aquam potare &c.) & ratio est, quia cum aqua non nutriat, nequaquā nocere potest, sed hic aliquis dicere posset aqua, quæ frigida & humida est si non nocet ratione nutritionis, nocebit ratione suarum qualitatum, quia frigida & humida est stante eo, quod dicitur frigidum scilicet esse inimicū neruis, ossibus, dentibus, cerebro, spinali medulle, calidum uerò utile, & amicum, unde sequitur, quòd tunc aqua nocebit ratione dictæ frigiditatis, tum etiam ratione humiditatis cum iam dictum sit ulcera omnia egere siccantibus. Dicamus quòd aqua non nocet, nec potest nocere non obstantibus ijs quæ in oppositum dicta sunt, & ratio est quoniam, & si aqua fridgia sit, & humida, ea tamen non contangit, uel attingit ul-

eus ipsum quo in sensu uerificatur illud dictum Hypp. quòd scilicet frigidum sit inimicum & calidum utile, & amicum.

VIDI VIDII.

NEQVE stare conuenit, quem ulcus exercit, præsertim si in crure uersetur, sicuti, nec sedere, nec ingredi, sed quies & otium maxime conducunt.

CALVI.

STARE autem in uulnere, præsertim si in crure sit, minimè confert, neque sedere, neque ambulare, sed quiescere.

AVtor ostendit in hoc text. quietem conuenire omnibus ulceribus pręcipue si in crure fuerint, & ratio satis manifesta est, quia motus prohibet uulneris consolidationem, similiter & ossium, ut uidere est in rebus arte factis, quoniā non aglutinantur neque coniunguntur ni quies eis concedatur, neque hic, ni tempus conterratur, exempla aliqua adducemus, uersamur enim, ut aiunt, in claris, hac ergo de causa dixit Hyppocr. neque stare conuenit hoc est, neque conuenit, ut recti permaneant, quoniam laborant tunc musculi totius corporis pro maiori parte, & præcipuè non conuenit, quando ulcus est in crure, quia præter id quod musculi crurium laborant, facilis est fluxus humorum ad illa ulcera, quæ in cruribus sunt, item diuertitur natura à suo munere, quoniam cum musculi corporis laborent difficilius sanatur ipsum ulcus, quia ut diximus in superioribus, id quod sanat ulcus non est medicus, neque medicina, sed natura ipsa adiuta tamen sæpe à medico, & medicina, quapropter in quouis loco fuerit ulcus motus corporis ei erit contrarius, atq; nocimus, ideo falluntur ij, qui arbitrantur, quòd stare, & se-

dere sit quiescere, cum tamē musculi tunc corporis pro maiori parte laborent, ex quo quiescere corpus minimè dicendum est, quod cōfirmat Galenus in libello de tumore, ideo dicit Hyppocr. sed conuenit quies, & otium, quibus uti non possumus, ubi homo in lecto non decumbat, & si quis diceret nonne potest, qui patitur ulcus in brachio illud collo alligare, & sic per ambulare sine noxa; dicendum quòd uerū est tunc, quando ulcus proximum est sanitati, si uero secus tunc plurimum læduntur, ut experientia ipsa docet, & quotidie confirmatur.

VIDI VIDII.

PORRO minus inflammatione tentatur recens ulcus omne, & cum ipso quod iuxtà est, si quis quam celerrimè pus moueat, idque oris receptum minimè supprimatur, quàm si prohibens nè suppuretur, nisi ad paululum quod necessarium est, pugnet maximum siccantibus, & medicamentis, quæ uinculum non postulant. Quandoquidem igneum redditur: dein horror accedit ac pulsus. Inflammātur enim ulcera, cum ad suppurationem spectant: suppurāt autem sanguine eosque alienato, ac feruente, ut putrescens in huiusmodi ulceribus conuertatur in pus. Vbi cataplasmate ulcus nutriendum esse uideatur, reduci à plaga debet, & proximis pārtibus imponi, ut pus euadat, & quæ dura sunt emolliantur.

CALVI.

CVNCTA præterea uulnera recentia & ipsa, & loca contermina minimum inflammabuntur, si quis statim pus inducat, pusque exire uulneris os non impediat, si quisuè cohibeat, & auertat nè ulcus pus gignat nisi necessarium, & per pusillum, sed uulnus medicamento siccū maxime conseruent, non tamen in crure febrim enim susci-

taret si horror & pulsus accedat, tunc enim uulnera inflammantur, cum ad pus tendunt, pus autem creatur sanguine putrefacto, corrupto, uel mutato, calefactoque, donec marcescat, & pus fiat.

HYppocr. scribit hoc loco maximam sententiam, & admirabilem à paucis intellectam, & fortè (sine iactantia tamen) à nullis ante nos animaduersam, ea propter ad eius intellectionem in primis uidere oportet, ut rem arduã facilius intelligamus, quid sit inflammatio. Secundo quotuplex ea sit, & de qua inflammatione loquatur Hyppoc. in hac parte. Pro primo dico, quod inflammatio respectu nominis est rubor quidam, qui phlegmon à grecis dicitur, unde inflammatio latine idem erit, quod phlegmon grece, cũ phlegmon rubor, & inflammatio sint nomina synonima; pro secundo, ubi querebatur quotuplex esset, dico, quod inflammatio duplex est teste Gal. 2. ad Glauc. cap. primo, nam alia sicca est, alia humida; sicca inflammatio fit ex sola spirituum inflammatione, siue accensione, & est absq; tumore, & ueluti febris diaria illius membri, in quo est, inflammatio uerò humida est, quæ fit à sanguine, aut à cholera, aut à sanguine, & à cholera mixtis, ea si fiat à sanguine dicitur phlegmon, si à cholera dicitur erysipelas, si uero fiat à sanguine, & cholera, uincente tamen sanguine, dicitur plegmõ erysipelatodes, & si uincat cholera, appellatur erysipelas phlegmonodes, quoniam à prædominante fit, & incipit denominatio; si uero isti duo humores iam dicti equaliter dominentur, ita quod unus alterum non excedat, tunc talis inflammatio dicitur & phlegmon & erysipelas, uel erysipelas, & phlegmon, ut docte scribit Gal. in lib. de tumoribus præter naturam cap. 9. iuxta nouam traductionem, & cap. 10. iuxta antiquam, si uero sanguis, aut cholera misceantur cũ alijs humoribus, appostemata tũc sortiuntur diuersa nomina, ut scripsimus in expositione capitis, quod de phlegmone

ne inscribitur, de quo Auicen. in 3. fen. 4. tract. 1. cap. 2. sermonem habet particularem, cum igitur tot sint phlegmonis, seu inflammationis differentiæ, uidere expedit, de qua hic loquatur Hypp. ideo dicerem ipse, autorem intelligere hoc loco inflammationem humidam, non autem siccam, & inter humidas eam, quæ fit præcipue à sanguine ratio est, quia sanguis in corpore est magis abundans, quàm reliqui humores, ob cuius abundantiam, & fluxibilitatem natura, ut plurimum eundem expellit ad partem ulceratam, & adhunc finem, præter alia iam dicta, ut eadem natura succurrat parti læsę remouendo dolorem, uel ipsius causam, ut Galen. 13. meth. scribit, ubi agit de causis phlegmonis, idẽ colligi potest 5. aphorismorum in com. aphoris. in quo scribit Hyppocr. quibuscunque tumores in ulceribus, non ualde spasmantur &c. (inquit ergo Hyppocr. Porrò minus inflammatione tentatur ulcus recens omne, & quod cum eo circũ est, si quis quam celerrime pus moueat, orisque receptum minime supprimatur &c. Pro huius loci recta cognitione præter iam dicta necessariam expositionem esse duxi nonullorum terminorum, primo ergo declarare oportet, quid ꝑ ulcus recens intelligendum sit, demum quid pus sit & quotuplex illud sit, & de quo hic loquatur. Vlcus recens est id, in quo nõdum genitum, uel factum est pus, & tale ulcus adhuc multiplex est; hinc sciendum quod & si hic loquatur de ulcere, in quo nondum est pus, nihilominus non omnia recentia ulcera amplectitur, sed ea tantum & recentia, quę sanari non possunt, nisi in eis fiat sanies, seu pus, & hoc est, quia ea sunt semper dolorosa, & ulcera dolorosa numquam sanantur nisi in eis fiat sanies, ut ipsa experientia docet, & hãc sententiam habet Auicen. sub obscuris uerbis 4. fen. 4. trac. primo, cap. 8. ubi sic scribit, qui præuidit in experiẽtia scias, quod uulnera indigent, ut fiat sanies, si possibile est, & intus ad hoc ut penetrent cum ea reliqua, quæ sint illi meliora, & uelocioris alterationis. Nunc descendo ad secundum, &

declaro

declaro quid pus ſit,& reliqua ad pus attinentia, quid ergo ſit pus facilè colligi poteſt ex Hyppocr.in hoc tex.ubi dicit, quod pus generatur ex ſanguine alienato, feruente, & putreſcente, intelligendo de pure facto in ulcere habente cauitatem, in qua colligitur ſanguis, qui nõ poteſt expurgari, & ſic ibi retentus extra propria uaſa in pus uertitur, quod idem aſſerendum eſt de pure facto in abſceſſibus. 2. aphor. Galen.ſuper eo aphor.qui incipit cum pus efficitur dolores, & febres &c. dicit in fine comenti, quod pus fit ex ſanguine ſicut cinis ex lignorum incenſione,quo circa diligenter animaduertere oportet id, quod à paucis conſideratur,& animaduertitur nempè quòd in uulneribus doloroſis, in quibus ſanguis non continetur in ſinu aliquo, tunc in puris generatione non fiunt dolores, & febres, neque pulſationes, quemadmodum fiunt in ulceribus habentibus ſinũ, in quibus retinetur ſanguis, quod idem ſequitur, quando pus fit in aliquo abſeſſu, aut exitura, & idcirco ſemper uidi medicos non obſcuri nominis falli eodem curſu currentes, & dicentes indifferenter, circa puris generationem, ſiue concoctionem dolores,& febres fiunt,magis quàm facta ſanie,qđ tamen nõ uerificatur de generatione puris in ulcere,in quo non retinetur ſanguis in aliquo ſinu,uerificatur ergo ſentẽtia Hyppocr.in aphor. ſcripta tantum, de ulceribus doloroſis in quibus ſanguis retinetur in aliquo ſinu,pus deinde eſt triplex,bonum,malum,&mediocre,Bonum teſte Hyppocr. primo prognoſt,in ult.tex.eſt illud,quod album,lene,æquale,& ſine fętore eſt album dicit Galen.in com. quia poſtquã natura humorem, ſeu ſanguinem, qui uertitur in pus non poteſt aſſimiliare membris in nutritione aſſimulat, ſaltim ipſum ſanguinem colori membrorum radicalium, quorum color eſt albus,eſt demum pus bonum lene,& æquale, quia natura in ipſum humorem agit indiferenter,per quæ uerba uoluere aliqui, ꝙ hæc duo uerba lenitas ſcilicet, & æqualitas eſſent idem, cum una ſit & eadem amborum cauſa, ſunt

tamen

tamen, ut clarē patet diuersa; nam lenitas cognoscitur tactu, æqualitas uerò uisu cognoscitur, dicamus tamen & nos esse eadem, quia eadem actione fiunt, est etiam sine fętore, quod indicat dominium caloris naturalis supra dominium caloris extranei in humoris concoctione, qđ in pus bonum conuertitur, & ad hæc facit doctrina Gal. in 5. de med. simpl. facult. distinct. 2. cap. 2. secundum antiquam traductionem, & secundum nouam in cap. 5. quòd tres fiunt cōcoctiones, seu & potius alterationes in corpore humano, prima est illa, quæ fit in uentriculo, & hæc fit solum à calore naturali, alia & secunda fit in putrefactione, ut contingit in rebus, quę putrefiunt, & hæc fit à calore extraneo, & est in totum conrraria primæ alia & tertia alteratio fit partim à calore naturali, & partim à calore extraneo, & hæc fit in concoctione puris, in qua quidem concoctione interdum calor naturalis uincit, interdum calor extraneus, aliquando uerò isti duo calores equaliter dominantur, & hinc nascitur, quod sanies quādoque est bona, quandoque est mala, & quandoque mediocris, & hæc mediocritas saniei habet latitudinem; quoniam interdum uincunt partes caloris naturalis, interdum partes caloris extranei, ideo cognoscitur sanies apparentibus proprijs signis, nam si illa erit alba, lenis, & æqualis tunc bona est, si uero opposita sunt, tunc sanies erit mala, sic & de mediocri dicendum est. Reliquum uerò est ut dicamus de quo pure hic sit sermo, & assererem ego eum loqui de bono pure quod est, ut nuper diximus, album, lene, ęquale, & sine fætore, nam illud ostendit dominium caloris naturalis, ut supra dictum est de mente Gal. à quo calore optimè regitur pars affecta, & gubernatur. Vnde sequitur, quod existente dominio, & fortitudine uirtutis nequaquam inflammentur ulcera, & ubi id contingat etiam quod raro fit, tunc inflammatio minor est, & mollis quod optimum est iudicium caloris naturalis dominantis, ut est doctrina auth. nostri 5. aphor. in aphor., in quo scripta habet hæc uerba, si

in uulneribus fortibus, & prauis, tumor non appareat, ingens malum, addit molles boni, duri uero mali; & Galen. 5. aphorismorum, aphor. 22. ubi Hyppocr. scribit, calidum saniem faciens non in omni ulcere &c. dicit Galen. quòd impossibile est ulcus, quod saniem habet esse molestum, & ita sequitur, quòd apparere saniē in ulcere, & bonam cum tumore molli sit semper optimnm signum pronuntians infallibilem sanitatem, esto quod uulnus sit forte magnum, suspectum, & timorosum. Breuibus ergo colligo sententiam eorum, quæ hucusque dicta sunt ab Hypp. minus, inquit, inflammatur ulcus recens omne, quod ulcus; intelligas tu, est ex ijs, quæ non sanantur, nisi in eis fiat sanies, intelligit demum, quando dicit minus inflammatione tentatur, per illā particulam minus duo, uel minus hoc est rarius, uel minus hoc est minor fit inflammatio; & ratio dicta est, nempè quia uirtus fortis est; addit si quisquam celerrimè pus moueat, idest, si quanto citius pus ipsum inducatur in ulcere illud scilicet pus, quod bonum est, ut supra dictū fuit neque hic prætermittere decreui id, quod fortè subticuit Hyppocr. gratia breuitatis, nempè quomodo pus ipsum inducatur, nā Hyppocr. dixit, quod oportet quàm celerrimè pus inducere, nō aūt dixit quomodo id fieri debeat, & quibus medicamentis in specie, id ergo nunc declaremus, pus inducitur medicamentis calidis, & humidis, calidis scilicet illa caliditate, quæ similis est caliditati ipsius corporis, aut ipsius membri, cui applicantur talia medicamenta Gal. teste 5. de simpl. medicam. facultatibus cap. 5. 7. & 8. & debet esse cū aliqua uiscositate, ut retineat calorem naturalem, ne ressoluatur, & id præcipuè obseruandū uenit, quando pus ipsum generatur in appostematibus, medicinā in specie pus generans in ulceribus perbellè inuenta fuit à modernis, & est terbentina cū uitello oui recentis, & oleo rosaceo, per terbentinam intelligo resinā abietiuam, quæ si mollis fuerit, lōgè melior esset, fieri igitur poterit medicina ex uncia una terbentinę cum

Md. Pus mouens specie

uno

uno uitello oui, & uncia media olei rosacei, addita portiuncula croci, poterit hæc medicina diuersam habere compositionem ratione diuersitatis ætatis, temperature, & anni temporis, nam si ætas est senilis, maior portio terbentinæ apponenda est, si uero ætas puerilis fuerit, minor portio, si uerò fuerimus inter has duas ætates in iuuentute scilicet, aut consistentia, æqualis portio apponenda est, si hiems fuerit, bonum est addere aliquod croci, si uero æstas non ita, & huiusmodi medicamentum applicandum est cum filis ex panno mundo, ueteri, subtili, cum temperata caliditate, quia frigidum mordicat ulcera, & neruis inimicum est, ex quo facile induceretur spasmus pro cataplasmate uerò quod sæpè applicatur ita ut cooperiat totum uulnus utimur eo medicamento, quod fit ex farina tritici cocta cum aqua, & oleo, istud etiam præcipuè conuenit, si in eo ponãtur uermes terrestres mundi incocti in oleo rosato, & diligenter contusi in mortario, & tale medicamentum applicandum est tantum circa uulnus, & non supra, ne sua grauitate lædat, & in ulcere pus detineat; si uerò cataplasma fiat ex uermibus terrestribus æstiuo tempore, illi incoquantur in oleo rosaceo, si uerò hyeme in oleo camomillæ, & oleo rosato partibus æqualibus, cum medulla panis infusi in lacte additis duobus, aut tribus uitellis ouorum recentium, addita quoque portiuncula croci in hieme; & ut diximus, hoc erit medicamentum supremum in generatione puris, & sedatione doloris, quo medicamento nil excellentius in his duobus peragendis inueniri potest scilicet pro sedando dolore, & pro generatione puris, & in tempore æstiuo præcipue, aliquis tamen ingeniosus post has laudes, rationabiliter díceret si uerum est, quod dictum fuit, in ulceribus scilicet recentibus inducendum esse pus, & medicinã illud inducentem esse calidã & humidam quomodo potèrit deffendi Hyppocr. à contrarietate, uel cõtradictione manifesta cum supra in principio huius tractatus clarissimè asserat nulla ulcera madefieri de-

bere, sed exiccari, notandum est primo pro huius difficultatis solutione id quod mihi contigit in praxi, nam exempla deducta de ipsa experientia maxime faciunt pro locorum conciliatione; superioribus annis dum curarem quendam Illustrem Virum Iuuenem Maximi Pontificis Nepotem patientem duo uulnera alterum in capite, & alterum in genu utrumque magnum, & ratione loci, & ratione essentiæ ad eius curationem interuenerat Excellentissimus Curtius, & Excellentissimus Cassianus Viri illius ætatis nulli secundi, euenit, quòd cum haberemus sermonem de medicinis applicandis in secunda uisitatione proposui medicamentum ex ipsa terbentina, uitello oui, & oleo rosaceo, quod nequaquam fuit receptum à doctissimo Cassiano propter author. Hyppocr. nuper adductam, & scriptam in principio huius tractatus, cui ego cum bona ueniæ dixeram, quòd uulnera quibus laborabat hic Illustrissimus Vir erant ex numero eorum, quæ non sanantur nisi ad saniem ducantur, siquidem uulnerum alterum erat in capite cum magna solutione continui, & alterum in genu in parte neruosa, cum quo adderat dolor uehemens, tunc Excellentissimus Curtius opinioni nostræ inhæsit, & doctissimus Cassianus non renuit, & eò magis, quia inuenimus uulnus capitis uenenatum, de quo alias dicemus fauente deo optimo maximo, & ex ijs iudicio meo colligitur solutio ad propositam dubitationem nã ulceri, ut ulcus est, semper debentur exiccantia, & ita uerificatur sententia Authoris nostri in initio huius tractatus, quam ibi multis rationibus confirmatam reliquimus, si uerò detur ex accidenti, quod egeat ulcus, ad hoc quod sanetur, puris generatione, nulli dubium quòd oportet pus ipsũ producere, quod calidis, & humidis temperatis fieri solet, & ita ex accidenti, ut diximus, ulceri debentur humida, imo melius dicendum est humida deberi pro puris generatione, & non debentur ulceri, & hic, quod bona uenia sit dictũ, deceptus fuit Vidus Vidius, cum dicat Hyppocr. hic loqui

de

de ulcere, quod est cum contusione, & ita hac sua falsa expositione uult conciliare hæc duo loca Hyppoc. clare enim apparet, quod author in hac parte nullum uerbum facit de ulcere cum contusione, cum de eo abundè alibi loquatur, perperam enim & superfluè id fieret in hoc tex. Vnde patet Vidum Vidium non intellexisse Hypp. sine calumniandi suspitione, non possum enim non magnopere laudare hunc Virũ tanquam primum, qui sententiam Hyppocr. interpretatus fuerit, hanc inquam, quam præmanibus habemus, neq; mirum sit, quòd hic errauerit nam hominem esse, & non errare impossibile est. Sequitur Hyppocr. orisquè receptũ minimè supprimatur; dicit antiqua traductio, pusquè exire è uulneris ore non impediat, quamuis utraquè traductio obscura sit, minus tamen antiqua quoniam rationi consonum est, Hyppocr. uelle quòd minus inflammatione tentetur ulcus recens omne, & cum eo partes circumiacentes si quis celerrime pus inducat, prohibeatquè ne os uulneris occludatur, ita ut materia non possit in ipso ulcere contenta euacuari, quia ubi quis quàm celerrime pus inducat, & materia retineatur in ulcere, non propter hoc minus inflammabitur quia materia retenta in ulcere incalescit, feruet, & ebulit, quo fit, ut eleuentur uapores partem læsam extendentes, & continui solutionem facientes, à qua fit dolor, qui est causa, ut locus inflammetur, & ita si pus inducatur in ulcere, præsupponit Hyppocr. ulcus habere sinum, aut talem figuram, ut in ipso retineatur materia ore scilicet clauso, & sic ut summatim dicam, intendit minus inflammari ulcus recens cum celerrime pus inducitur in ipso, & cum hoc non retinetur materia in eodem ulcere, & quia inquit Hyppocr. quòd minus inflammatur ulcus recens, ea propter duo sunt explicãda, unum est, cur excludat ulcera uetusta, & antiqua, alterũ, quousquè id fiat, dico igitur ad primum illud dictum fuisse ab Hyppocr. quoniam recentia uulnera possunt inflammari sua sponte, non recentia uerò uetusta scilicet non inflam-

mantur, nisi ubi æger, aut medicus in aliquo delinquant, ut infra melius uidebimus. Secundo satisfacio cum Gaeln. 3. de compositione pharmacorum secundum genus, ubi asserit, quòd ulcera recentia sua sponte non inflāmantur transacta septima ubi etiam asserit, quod ulcus est, uel dicitur receus usque ad septimam, qua transacta tunc potius inter uetusta reponendum est, cum non amplius sit (ratione ulceris) periculum de inflammatione. Subiungit Hyppocr. quam si prohibens ne suppuret, nisi id paululum, quod necessariū est, pugnet maximè siccantibus, & medicamentis, quæ uinculum non postulant. In hac parte procedendo à natura rei, etiam quod text. sit obscurus propter malam traductionem, dico quod Hyppoc. ostendit curationem uulneris simplicis, qnod præter id quòd est paruum, est etiam cum nulla alia affectione coniunctum, & in hoc indigemus tantum aglutinatione, quæ iuuatur siccis, & proinde dicit text. qua si prohibens ne suppuret, idem ulcus recens minus inflammatione tentatur, ubi quis quam celerrimè pus inducat, quàm si fuerit prohibens ne suppuret, prohibetur ne suppuratio fiat siccis, ita ut uelit intelligere, quòd ulcus recens omne minus inflammatur celerrimè pus inducendo, quàm si siccis prohibeatur ipsa suppuratio, semper intelligendo de ulcere, quòd sanari non potest, ni prius ad saniem accedat; Quando deinde addit, nisi id paululum, quod necessariū est, pugnat maxime siccantibus, & medicamentis, quæ uinculū non postulant; intelligit tunc author noster de ulcere recēti paruo simplici, in quo tantum indigemus aglutinatione, quæ fit à natura adiuta à siccantibus, & medicamentis, quę uinculum non postulant. Addit Hyppocr. quandoquidem igneum redditur dehinc horror accedit, ac pulsus, inflammantur enim ulcera, cum ad supurationem spectant. In hac parte Hyppocr. loquitur de ulcere recenti habente sinum à quo materia nō euacuatur, sed in ipso ulcere retinetur, quæ retenta incalescit, feruet, ebullit, quorum ratione igneum

redditur

redditur ulcus, fit horror, uel quia materia, quę feruet mordicat aliquas partes neruosas, aut quia febrem inducit, quã febrem horror præcedit, uel propter utrumque; fit pulsus dolorosus scilicet, quia arterię existentes in parte affecta inflammantur, comprimunturquè à materia circumiacente, & ita fit pulsatio dolorosa, ueluti in phlegmone contingit. Subiungit Hyppocr. inflammantur enim ulcera, cum ad suppurationem spectant, in hac parte prima fronte uidetur sibimet contrarius Hyppocr. nam dixit, quod minus inflammatur ulcus recens omne, si quis quam celerrimè pus inducat, & statim subiungit totum oppositum, cum dicit, quòd inflammantur ulcera, cum ad suppurationem tendunt, nam duo ista simul stare non possunt, nempè quod minus inflammantur ulcera, si quis quam celerrime pus inducar, & quòd eadem inflammantur, cum ad suppurationem tendunt; Dicendum ergo nullam esse cõtrarietatem adductam, si rectè uerba Hyppocr. perpendantur, nam quando dicebat minus inflammatur ulcus recens, si celerrimè pus inducatur tunc intelligit de ulcere, in quo non continetur materia aliqua, hic uerò cum dicit, quòd inflammantur ulcera tendentia ad suppurationem intelligit de ulcere, in quo retinetur materia in sinu, quæ deinde in pus uertitur, & quòd hæc sit uera mens Hyppocr. repeto uerba, dicit enim minus inflammatur ulcus recẽs omne, & quod cum eò circum est, si quis quàm celerrimè pus inducat, orisquè receptũ minimè supprimatur; uerba hæc enim addita orisquè receptum minimè supprimatur, clarissimam authoris mentem faciunt. Sequitur Hyppocr. & inquit, suppurant autẽ sanguine eousq; alienato, ac feruente, ut putrescens in huiusmodi ulceribus conuertatur in pus. Intelligit Hyppocr. quòd ulcera hæc suppurant materia sanguinea retenta, seu sanguine retento, & alienato scilicèt à propria forma sanguinis, nam cum sanguis sit rubens, & conuertatur in saniem, fit albus, pure scilicet bono existente, feruet, & putrescit, cum talis fiat alte-

ratio

ratio, ut clarè etiam habet Galen. in lib. de quatuor temporibus uniuersalibus, capitè quarto, putrescit enim quia in ista alteratione cōcurrit calor naturalis, & calor extraneus, ut diximus in præcedentibus, addit author ubi cataplasmate nutriendum esse uideatur, & ubi uideatur ulcus indigere cataplasmate, ueluti in casu iam dicto. Hic duo sunt animaduertēda primum est ne cataplasma materiam retineat in ulcere, quod admouendum est in partibus. Circumuicinis, ut maturatio adiuuetur, & ut durities, quæ est in circuitu emolliatur, ut supra diximus, & id cataplasma potest fieri ex farina tritici incocta in aqua & oleo communi, & ex medulla panis infusi in lacte, & ex uermibus terrestribus in coctis in oleo rosaceo, & oleo camomellino additis uitellis auorum recentium duobus, ut diximus in præcedentibus, addendo etiam huic cataplasmati secundo parum unguenti de althea, in summa Hyppocr. in hoc textu habet hāc sententiam, quod minus tentatur inflammatione ulcus recens omne, & cum eo, quod circum est, si quis quā n celerrimè pus moueat seu inducat, atque animaduertat ne materia ali qua, aut sanguis in ulcere retineatnr, intelligendo semper de ulcere, ut sæpius dictum fuit, quod sanari non potest, nisi in eo fiat sanies, inter quæ potissimum connumerantur ulce ra magna, neruosa, & dolorosa, ita quod istis duobus cōcurrentibus ulcus minus inflammatur, si quanto citius pus inducatur, intelligit deinde Hyppocr. quod si ulcus fuerit sim plex, paruum, in quo non est necessarium, ut pus gignatur, si sanari debet, illud curandum esse medicamentis siccis, & medicamentis quæ uinculum non postulant, quod si ulcus fuerit ex hijs, in quibus continetur materia, quæ expurgari non potest, igneum redditur ulcus, deinde horror accedet, ac pulsus, & hæc ulcera inflammantur, cum ad suppurationem tendunt, suppurant sanguine alienato, feruente, & putrescente in huiusmodi ulceribus, ita ut conuertatur in pus, & ubi cataplasma ulceri admouendum sit, curandum, ut à

plaga

plaga ex proximis partibus pus euadat, & omnia ea, quæ sunt dura emolliantur sequitur.

VIDI VIDII.

QVODCVNQVE ulcus telo acuto inferatur, uel ita etiam ut altè insidat, medicamentum exigit, quod cruentis uulneribus protinus inijcitur, quòdue siccando suppurationem prohibeat: si quid carnis collisum at tritumque à telo fuerit, ita curandum est, ut quàm celerrimè suppuret: & minus inflammatione prehendantur, & necesse est. Collisam detritamq; à telo carnem in pus uersam tabescere, deinde nouam creari.

CALVI.

QVAE autem telo acuto discissa, uel recisa sunt, medicamentum possunt, quod siccescendo sanguinem sistat, pusquè educat. Caro uerò, quæ telo fracta, uel recisa est, pure quamprimum suscitato hanc curato, minus enim inflammatur, cogitquè carnes fractas, uel recisas, pusq; eminentes tabescere, nouasq; creare.

HYppocr. in hoc text. ostendit curationem ulceris carnosi, & simplicis, in quo requiritur tantum aglutinatio seu labiorum unio, & dicit quodcunque uulnus telo acuto inferatur, ita etiam ut alte inscidat idest, ut etiam profundetur, medicamentum exigit, quod cruentis uulneribus protinus injicitur medicamentum scilicet, quod suppurationē prohibeat, diximus in præcedentibus telum acutum esse id, quod incidit, ut gladius, ensis, & alia huius generis, & quod ulcus simplex est solutio continui facta in carne, cū qua non est alius morbus complicatus, nec causa, nec simptoma, exēplum primi, ut quādo non adest mala complexio, aut tumor

præter naturam, exemplum secundi, ut quando non adest materia, seu sanies in ulcere, & dicitur causa sine qua nõ pro tertio, ut cum contingit nullum esse adiunctum dolorem, ita quod intentio unica est in curatione istius ulceris simplicis, nempè agglutinare solum, seu iungere id, quod disiunctum est, & hic pro completa cognitione, & etiam curatione huius ulceris notabo authoritatem Galeni 3. artis medicinalis in tex. uel cap. 90. ubi sic scribit, à natura rei procedendo intentio in curanda solutione continui est unitio, seu agglutinatio, quæ in membris organicis impossibilis est, in simplicibus autem, & aliquibus ueluti in carnosis est possibilis, ratio, cur sit impossibilis in organicis, est, quoniam organica mẽbra constant aliquibus partibus genitis à semine, in quibus impossibilis est agglutinatio uera propter defectum seminis, à quo genita sunt & propter eorum duritiem, ea sunt ossa, nerui, cartilagines, ligamenta, & panniculi, & proinde dicit Hyppocr. 6. aphor. 19. quãdo incisa fuerint os, aut neruus, aut cartilago, aut maxilla tenuis, nec crescit, nec agglutinatur; in simplicibus uerò, quia caro originem habet à sanguine, & sanguis quotidie generatur, crescit, & agglutinatur, Auicenna uerò in 4. fen. 4. tractatu primo, cap. primo, asserit, quòd caro sua mollitie agglutinatur, ossa sua duritie non agglutinantur, membra uerò media inter hæc duo, ut nerui, chordæ, panniculi, & ligamenta mediocrem recipiũt agglutinationem. Reddeo nunc ad propositum, nam dicebat Galenus loco supra allegato, quòd natura est, quæ glutinat, non autem medicus, neque medicina, quia non datur medicina, quæ agglutinet partes disiunctas, nequè quæ carnem generet aliqua enim sunt, quæ fieri possunt à medico, & non à natura & aliqua quæ è contrariò à natura scilicet, & non à medico, quæ fieri possunt a medico, sunt ossa fracta, & dislocata reducere ad sedem suam, & carnem superfluã remouere, generare uerò carnem, & agglutinare id, quod disiunctum est, a natura fit, non autem ab arte, siue medico;

subdit

subdit ibi Galenus, quod agglutinationem, seu unionẽ præcedit appropinquatio ipsorum labiorum, & in unum retentio, prohibendo ne quid cadat in medio, & ultimo partẽ sanam seruando; addit deinde, quod labia appropinquantur opere manuum, retinentur demum unita ligatura, seu uinculo, puluillis, fibulis, & sutura, & prohibetur ne quid cadat in medio remouendo grumos sanguinis in ipso ulcere existentes, etiam sanguinem, & omnem humiditatem exiccando, mondificando, & abstergendo ulcus, ut idem Gal. docet 4. meth. med. cap. primo, item prohibendo ne pilus, uel puluis, uel oleum, uel aliud extraneum in ulcere retineatur, neque etiam materia aliqua, quæ in ipsum ulcus confluat in progressu temporis, quod fit dum ulceris orificium est inferius, & fundum superius, & si hoc fieri nequit sua sponte, membri figuratione debet fieri, si uerò neque hoc neque illo modo, deueniendum est ad incisionem, ita ut quod colligitur in ulcere facile expurgetur, pars uerò sana conseruabitur medicinis mediocriter exiccantibus, intelligendo per medicinas mediocriter exiccantes illas, quæ mediocriter exiccant ultra siccitatem, quam debent habere ratione cõseruationis membri ulcerati; & quoniam Gal. cap. allegato mentionem facit de fibulis, ligaturis, de puluillis, & sutura, bonum erit uidere, quomodo fieri debeat hæc ligatura, & etiam quomodo admoueri debeant puluilli, & quid per fibulam intelligat Galenus, & quomodo exerceri debeat, & tandem pro ultimo, quomodo fieri debeat sutura in ipsis uulneribus. Pro primi explicatione dico, quòd ligatura hęc de qua intelligit Galenus, fit ad retinendum labia unita, ad quam unionem sequitur agglutinatio, idcirco hic tria uidere oportet, unum est & primum ex qua materia fieri debeat ipsa ligatura, deinde cuius esse conuenit, & latitudinis, & lõgitudinis, postremum, quomodo eam exercere debemus. Ligatura ergo fieri debet ex panno lineo mundo, nõ nouo, nec multum uetusto, nec grosso, nec ualde subtili, lato pro

magnitudine membri,in quo fit talis ligatura, modus uerò exercendi ipsam ligaturam est talis, ut ligatura circumuoluatur à duobus capitibus, & medium ligature ponatur in opposita parte membri ulcerati in exēplo demus quòd aliquis ulceratus sit in coxa,& ulcus sit secundum longitudinē ipsius coxe, hæc ligatura debet apponi secundum medium ipsius in opposita parte,ut si uulnus est in parte anteriori ipsius coxe,debet incipere à parte posteriori ipsius coxe, dein de unum caput,quod est secundum partem interiorem, debet duci uersus partem exteriorem, aliud uero caput quod est secundum partem exteriorem duci debet uersus partē interiorem, ita ut in crucientur supra ipsum uulnus, & ita fieri debet,bis,ter,quater, donec totum uulnus comprehendatur ab ipsa ligatura, & debet esse stricta citra noxam tamen, rursus unum cap. debet duci uersus originem coxe, aliud uerò caput uersus finem ipsius, & etiam usque ad medium tibiæ,& ultra, animaduertendo tamen quòd quando ligatura ducitur sursum, uel deorsum, debet esse minus stricta,ita ut materia seu sanguis existēs in labijs, & in partibus circumiacentibus,& uicinis possit sursum,& deorsum expelli, ut ulcus exiccari possit. Item & secundo ut prohibeat, ne humores cōfluant ad uulnus, item & tertio etiam, quod primum sit in executione, ut labia unita retineantur, quapropter dicendum, quòd ligatura est utilis tribus de causis, ut retineat labia unita,ut exiccet ulcus, & ut prohibeat fluxus humorum ad locum affectum,siue ad ulcus,& hæc ligatura ualet in fracturis ossium sine uulnere,& in ipsis dislocationibus; puluillorum demum aliqui sunt quadrati, triangulares alij, quibus pro diuersitate locorū utimur, & membrorum, in quibus sunt uulnera, & ad unienda labia, quando ligatura non adeo recte ea unita retinere potest; fibule uerò mea quidem sententia sunt ex peciolis lineis annexis partibus circumuicinis labijs medicamento facto ex aloe, thure, albumine oui conquassato addita portiuncula gipsi

puluerizati,

puluerizati, si æstas fuerit, quibus annexis, & exiccatis, fit sutura in ipsis pannis, cuius ratione labia uniuntur, & unita retinentur, figura istorum pannorum debet esse figure puluillorum præcipue triangularium, & hæc fibula, siue infibulatio fit in uulneribus præcipue faciei, & frontis, quæ nõ multum profundantur, quid per fibulas intelligat Gal. hucusq; aliquem non reperi, qui dicat aliquid rationi consonum Tagaultius uir peritus in hac parte hallucinatus est, cum uel lit Galenum intelligere per fibulas quosdam hamos similes ijs, quibus utuntur ij qui pannos forcipe tondunt, superest ut de sutura sermonem faciamus exponentes, quæ ueniunt consideranda in ea exercẽda; uidebimus igitur primo qualis esse debeat acus, quale similiter filum, & tãdem quomodo sit dicta sutura exercenda, dico ergo, quòd acus esse debet ex chalibe, non autem ex ferro, neq; ex argento, uel auro, non ex ferro, quia eruginem contrahit, quæ nocet sua asperitate, non ex argento, & auro, quia non sustinet onus propterea, quia duplicatur sua mollitie, debet esse longa, quoniam cum maiori facilitate chirurgus munus suũ exercet, sit etiam subtilis, ut minorem inferat læsionem, acuta etiam, & triangularis, aut quadrangularis propter rationẽ nuper dictam, non careat cauitate, ut filum abscondatur in ipsa cauitate, & minus lædat uulnus factum ab acu, filum sit lineum, aut sericum, crassum pro diuersitate, uel necessitate uulneris, nempè prout labia difficilius, aut facilius unita retinentur nõ sit multum tortuosum, uel tortum, ne facilè dillaceret uulnus factum ab acu, Auenzoar in lib. primo, capite magis laudat filum sericum, non coctum, neque tortum, quod nequaquam nobis displicet; Modum exercendi suturam docet Gal. 6. meth. cap. 4. quamuis particulariter, & ex professo ibi loquatur de uulneribus uentris, ea propter dico, quòd diligenter mundificato uulnere ab omni re extranea, chirurgus eget ministro, qui retineat labia ulceris inuicem unita, & sic debet incipere, uel aggredi suturam in me-

tio uulneris, diligenter aduertendo, quòd labia uulneris appropinquata sint eo modo, quo in pristina ualetudine, & secundum naturam prius erant unita, & si uulnus est in superficie, fiat sutura in superficie, si uerò uulnus sit profundans, profundetur etiam sutura, neque sit nimis propinqua extremitati labiorum, ne disrumpantur, nec multum distãs, ne dolorem pariat, & cicatricem turpem reddat, nec multũ adstringi debet filum, ne dolor fiat, & ne facilè disrumpatur sutura, nec sit laxa, ne labia dilatentur, filum debet necti, & insuper incidi propè nexionem, deinde debet fieri secundus punctus in medio, inter extremitatem scilicet uulneris, & primum punctum, exercendo deinde tertium punctum inter aliam extremitatem uulneris, & primum pũctũ, ut diximus, rursus fiat sutura inter punctum, & punctum ea distantia, qua labia bene unita remaneãt, facta sutura si periculum est, ne aliquid humiditatis in posterum in ulcere aggregetur, debet apponi licinium inter punctum, & pũctum, uel inter unam extremitatum uulneris, & punctum, prout magis conueniet, ut materia facile educi possit ab ipso uulnere, si qua in ulcere colligitur, & in hoc imperiti artifices falluntur, quia indifferenter ponunt licinia inter punctum, & punctum; facta sutura abscindatur filum prope nexum, ne in secunda medicatione reddatur difficilis remotio eorum quæ supra suturam posita fuere, applicetur etiam medicamentum super ipso uulnere ex aloe, & thure subtiliter puluerizatis, cum albumine oui recentis conquassato, & ad substantiam mellis redacto, cum peciola stricta, & parum ultra suturam terminante, si corpus ægrotantis fuerit siccum, sumantur due partes aloes, & thuris una, si humidum ècontra nempe duæ partes thuris, & una aloes, si mediocre sint partes æquales, si æstas fuerit, laudo ut aliquid gipsi subtiliter pulllerizati immisceatur, si uerò hiems aliquod calcis non recentis, & in pauca quantitate, hac methodo usus quãdoq; uulnus effectum est sanum, ita ut fuerit expediens hoc solo

remedio

remedio uti,& hæc cura cōuenit ulceri simplici,ut diximus, quòd si contingat uulnus inflammari,aut dolere; aut ad saniem terminari, tunc attendendum est inflammationi dolori,& mundificationi ulceris, quia tunc uulnus nequit cōglutinari aliquo istorum ex enarratis cum eo existente,ut clare apparet ex Gal. 3.meth.3.addit Hyppocr. si quid carnis collisum,attritumq; à telo fuerit,ita curandum est, ut quàm celerrimè suppuret,nam & minus inflammatione prehēditur, & necesse est collisam, detritamq; à telo carnem in pus uersam tabescere,deinde nouam creari, in parte hac Hyppocr. posita cura uulneris simplicis transit ad curationem uulneris cum contusione, quod fit à telo obtuso, telum obtusum est,ueluti lapis, aut lignum, à quibus aliquo percutiente fit solutio continui multi numeri,ut superius diximus,sub quo telo obtuso comprehēditur casus ab alto super re dura, uel si res grauis irruat super corpus,his tribus de causis,uel modis fit contusio quandoque cum uulnere, de quo loquitur Hyppocr.in hac parte,&proinde dicit,si quid carnis collisū, attritumque à telo fuerit,ita curandum est, ut quàm celerrimè suppuret id, quod collisum, & attritum est. Ratio est, quia omne contusum necesse est putrefieri, & in saniem uerti,ut idem Hyppoc. in tractatu de uulneribus capitis scribit, reddamus modo rationem huius,quia ut dicere soleo, reddere rationem dicti authoris est habere eundem conceptū, seu idem scire,quod author habuit,& sciuit in hac parte, nā ex contusione,seu collisione,aut attritione, quæ in hoc loco idem ostendunt,fit disruptio uenularum,arteriarum,carnis cutis præcipue in labijs uulneris, ita ut impossibile sit carnē illam attritam,seu cōtusam primam recipere formam, quia de necessitate putrescit,& in saniem uertitur,cum sit aliquo modo corrupta,& mortificata addit Hyppocr. quod minus inflammatur,quando celerrimè suppurat, quia, ut diximus superius,cum pus inducitur indicium est, quòd natura malum superat,& ea tunc resistet fluxui humorum,à quibus fit inflammatio

Curatio vulneris cum contusione

inflammatio, diximus etiam, quibus auxilijs generetur pus, quapropter non est opus prorogare sermonem circa hanc partem, quia clarè patet, q Vidus Vidius in hac parte hallucinatus est, cum dixerit Hyppocr. curationem uulneris contusi scripsisse in eo text. in quo dicit Hyppocr. porrò minus inflammatione tentatur recens ulcus omne; quia, ut clarè apparet in hac parte scribit curationem uulneris cum contusione non autem in text. superiore, superest unum declarandum, quod est animaduersione dignum, Hyppoc. in hac parte ostendere curam uulneris cum contusione, non autē contusionis sine uulnere, ratio est, primo quia hic de uulneribus sermonem habet, secundo quia quandoque contusio sine uulnere diaphoreticis tantū medicamentis curari pōt, & id multoties uidimus, & Auicenna in 4. fen. 4. tract. 2. cap. 3. ostendit curam contusionis medicamentis ressoluētibus. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

RECENTI cuiuis ulceri, nisi fuerit in uentre, pro ualetudine est sanguis amplius minusuè est plaga statim fluens: nam & ipsum uulnus, & quæ iuxta sunt, minus inflammatione præmuntur.

CALVI.

PRAETEREA recenti omni uulneri confert, nisi sit in uentre, crebro sanguinem defluere, deque locis uulneri uicinis, prę sertim si uulnus in tibia sit, uel manus, pedisuè digito, magis quàm alia corporis parte; sanguine nāque defluēte, scitiora, minora, graciliora que fiunt, hoc enim cohibet hæc uulnera humescere, deinde omnia sanguinis mutatione, & putrefactione fiunt.

Sententia

SEntētia Hyppocr. in hoc text. talis est, nēmpe quod utile sit, ut sanguis exeat ex omni uulnere recenti præterquā ex uulnere uentris pro robore corporis, propterea quia redditur ulcus siccius & minus inflammatur, intelligendo per minus id, quod rarius inflammatur, uel si inflammatur minor est inflammatio, & leuior, ut etiam diximus in præcedētibus; sequitur ex hoc, quod si sua sponte non egrediatur sanguis, debet irritari, ut fluat citra noxam tamen, & proinde in 4. fen. 4. tract. primo cap. 3. Auicenna asserit fluxū sanguinis in quantitate temperata conuenire uulneribus, nam & prohibet apostemationem, & febrem, & id quod dicit Auicenna quantitate temperata, est idem cum eo, quod dicit Hyppocr. pro ualetudine, idem enim intendunt ratione scilicet habita ad corporis uires, ad habitudinem, ad complexionem, ad ætatem, ad Anni tempus, ad regionem, ad cæli statum, & ad consuetudinem necnon & ad regimen præteritum, quæ omnia ueniunt consideranda in sanguinis euacuatione, & proinde Gal. 4. meth. cap. 6. examinans hanc autoritatem asserit, Hyppocr. in hoc tractatu de ulceribus, & de uulneribus nullū fecisse uerbum de missione sanguinis, quæ tantopere est necessaria in uulneribus, & dicit, quod Hyppocr. more antiquorum breuibus uerbis intelligit, qđ si sanguis è uulnere nō egreditur, fieri debet phlobotomia, quia medicus non solum debet imitari naturam rectè operantem, sed etiam debet imitari ea, quæ fiunt, seu rectè insequuntur, dicens si sanguis ex uulnere recenti egrediatur, confert, quia exiccatur ulcus, exiccantur etiam partes circumuicinæ, & minus inflammatione corripiuntur ulcera sequitur, quod Hyppocr. intelligit, ubi non exeat sanguis ex uulnere, debet fieri phlobotomia, exceptuat tamen Hypp. uulnera uentris, in quibus confert phlobotomia nō autem exitus sanguinis à uulnere, quia impossibile est sanguinem egredi à uulnere, quin aliquid ipsius cadat in concauitatem uentris, qui sanguis difficulter euacuatur subiungit Hypp.

VIDI VIDII.

PRodest etiam diuturnis ulceribus id agere, ut sanguis crebrò tam ab ipsis, quàm à partibus adiunctis, utcumquè opportunum uidebitur, effundatur atq; adeo si ulcus fuerit in crure, uel in digito pedis, aut manus, magis quam si in alia corporis parte; exhaustum enim sanguis dẽptione. Siccius redditur, ac minus, neq; madere ullo pacto siuitur adde quòd à putri, atque alienato sanguine omnia profiscifcuntur.

SEquitur Hyppocr. dicens, quod prodest etiam crebro sanguinem effluere ab antiquis ulceribus, ratio est quia sanguis circumiacens ulceribus ipsis malus est, & à malo sanguine non potest in ulcere sanitas induci, præcipue si ulcus fuerit in crure, aut in digito pedis, aut manus, ratio est, quia sanguis existens in ulcere antiquo, & in partibus circumuicinis est malus, & sua prauitate prohibet ulceris sanationem, quia, ut diximus in superioribus de mente Gal. 3. meth. cap. 3. ulcera sanari non possunt, nisi pars ulcerata temperata sit in quatuor qualitatibus primis, & sanguis accedens ad ulcus sit bonus, non excedens in qualitate, & quantitate, uerum cum in istis ulceribus antiquis complexio membri ulcerati non sit temperata propter sanguinis prauitatem, ea propter bonum est, ut ulcus reddatur siccius ex sanguinis effusione, ob id dicit Hyppocr. quod confert crebrò sanguinem effluere supponens non in una uice, neque in duabus, aut tribus eundem euacuari posse. Addit præcipue si uulnus fuerit in crure, quia facilè sanguis deorsum ad crura tendit, aut si in digito pedis, aut manus, propterea, quia ad has extremitates plurimum sanguinis confluit, quod testatur experientia, cum ex ulceribus digitorũ pedis, & manus, utcunque fuerit læsio, uideamus plurimam

quantitatem sanguinis egredi, & cum difficultate adstringi, & si queratur, quomodo hic sanguis ab ulcere antiquo euacuari debet? dico, quòd id fieri potest per phlobotomiam factam in membro ulcerato, per cornua, per sanguisugas, & per sacrificationem. Addit Hyppocr. quod à sanguine malo, & putri omnia mala proficiscuntur uerum est tamen, qđ ista sanguinis extractio à parte ulcerata præsupponit totum corpus fore euacuatum phlobotomia scilicet, & uentris solutione, proinde soleo ego in istis ulceribus crurĩũ, quæ frequenter fiunt, atque antiquantur propter malam uictus rationem, & propter motum, in primis euacuare sanguinem per basilicam brachij eiusdem partis, & si ambo crura patiuntur, ex ambabus basilicis sanguinem mitto eius quantitatis, quæ uidetur expediens, interposita una die aut duabus rursus exibeo medicamentum purgans humores subtiles, biliosos scilicet & pituitosos simul ueluti cum sir. ros. sol. & cum melle ros. sol. ad quantitatem duarum unciarum pro singulo, & addo istis onz. 2. electuarij rosati mesue dissolutis in decoctione fructuum; hinc ad dies duos mitto sanguinem à pede ex uena magis communicãte parti ulceratæ, sequenti die iubeo, ut id fiat in altero pede à uena, ut diximus, magis communicante, & iubeo ut infrascriptum unguentũ applicetur: R. unguenti lithargirij, unguenti cerusæ, unguẽti de minio nõ coctorum añ. drag. j. plumbi usti 3. tres misse, & in mortario plumbi cum succo semperuiui reformetur unguentum, quod applicetur parti ulceratæ, crebrò ulcus exiccando, & illammet peciolam de nouo applicando, prius tamen de suprascripto unguento super eam extendendo, iubeo etiam, ut ulcus abluatur cum uino rubeo optimo puro, & cum temperata caliditate, nõn existente tamen inflammatione cum ipso ulcere dixi cum temperata caliditate, quia ulceribus frigidum mordax, & ita quiescat, si possibile est, saltim per aliquot dies, hæc methodus numquam me fefellit, soleo etiam aliquando hac alia, nec multum diuersa me-

thodo uti, nam facta brachiorum phlobotomia, lenio uentrem cum cassia, aut cum ellectuario lenitiuo, insuper exibeo sirupos præparãtes humores ad euacuationem, postremo exhibeo medicamentum purgans cum infusione unius scrupuli corticum rad. ellebori nigri, & tantundem florum nimpheæ facta in aqua end. per noctem, addẽdo sir. ros. sol. & mel. ros. sol. ad quantitatem duarum unciarum, ut diximus pro singulo hinc euacuato corpore non possum nõ laudare quin membris ulceratis applicetur spongia mollis, dẽsa, incisa, siccior, non madens per unum diem, aut per duos aut per tres, deinde applicetur medicamentum suprascriptum. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

POST detractionẽ sanguinis utiliter his ulceribus spongia alligatur densa, mollis, incisa siccior, non madens, uel spongiæ super inijciuntur folia gracilia.

CALVI.

POST sanguinis uerò detractionem his uulneribus cõfert spongiam densam, mollem, sectam superligare, siccam potius quàm humefactam, superque spongiam tenuia, & mollia, teneraue folia ponere.

HIC Hyppocr. ostendit quid agendum sit post sanguinis detractionem, & dicit, quòd debet admoueri spongia densa, mollis, incisa, siccior, non madens spongia, ut scribit Plinius in libr. ix. cap. xlv. est quoddam medium inter animal, & plantam, eius facultas, ut scribit dioscorides lib. 5. cap. xcvi. est sicca, abstersiua, est stiptica propter aquam maris, dicit Hyppocr. quod debet esse densa, quia spongia densa habet porositates densiores, & ita sanguinem magis sugit,

git, debet esse mollis, ne sua asperitate noceat, & dolorem inferat, dēt esse incisa, quia melius applicatur ulceri, & partibus circumiacentibus, non debet esse madida, quia repletæ sunt porositates, & ita non potest sanguinem sugere. Addit uel spongię super inijciantur folia gracilia, idest uel loco spongiæ debent imponi folia gracilia, ueluti folia plantaginis, uel solatri, & hæc aliquantisper contusa utilius aponũtur, quia exiccant resoluunt, & membrum corroborant; sequitur Hyppocr. & dicit.

VIDI VIDII.

OLEVM & quęcunq; medicamenta lenia sunt, aut olei uim habent his ulceribus aliena sunt, nisi prorsus ad sanitatem iàm intendant, recenti item ulcere medicamenta nec lenia, nec pinguia conueniunt, præsertim cum ualde purgari desiderat, atq; (ut uno uerbo dicã) oleo tam hyeme, quàm ęstate, ad ea ulcera utendum, quę facultatem eius generis requirunt.

CALVI.

PRAETEREA oleũ oleaceaq; medicamenta, & mollia his uulneribus haud conferunt nisi ualde ad sanitatẽ iam tendant, neq; etiam recentibus uulneribus oleũ prodest, nec mollia, uel pinguia confecta medicamenta præsertim si uulnus maioris purgationis egeat demumque uti in summa dicamus, oleo & æstate, & hyeme uulnera ea per ungito quæ hoc medicamentum poscunt.

HYppocr. ostendit in gratiam eorum quæ dicta sunt circa ulcera, quòd oleũ & oĩa medicamenta, quæ facultatem olei habẽt ulceribus nocent, ratio adducta fuit superius & diffuse in com. primi textus, qua in parte diximus,

quod omnia ulcera in uniuersum indigent exiccatione, & ita nec oleũ nec quæ olei uirtutẽ habent, ut pinguedo, & butirum conueniunt in ulceribus, tam recentibus, quam uetustis, & præsertim in ijs, quæ ualde exiccationem postulant, ueluti sunt ulcera, quæ fiunt in partibus neruosis, & in quibus multa sanies generatur. Addit Hyppocr. nisi ad sanitatem prorsus iam intendant, idest nisi ubi ulcera iam consequuta sint sanitatem, ita quòd cutis dura effecta sit, ad cuius duritiei remotionem cnnducunt & olea & pinguedo. Addit postremo, atq; ut uno uerbo dicam oleo tam hieme quàm æstate in his ulceribus utendum quę facultatem eius generis requirunt, ulcera uerò quæ requirunt facultatem olei & eorum, quæ facultatem olei habent, sunt, quæ effecta iam sunt sana, quo in casu ista humida, seu lenia conducunt propter duritiem, & deformitatẽ cicatricis, propterea quia Hippocr. non solum respicit sanitatem, sed etiam pulchritudinem, sequitur Hippocr.

[cum quando et / ibus ulceribus / onueniat]

VIDI VIDII.

PVRGARE uerò aluum in bona parte ulcerum præstat nempè in uulnere cap. uentris, articulorum, atq; ubi periculum instat, ne quod corrumpatur; in his item, quæ saturam postulant, uel exedunt, aut serpunt, uel alioquin inueterauerint, aut uinciri debeant.

CALVI.

PVRGATIO quin etiam inferioris uentriculi plurimis uulnerum confert, capitis prępsertim, uentris, articulorumque, quibusque periculum est ne siderentur, putrescantue, hisquę, quæ consuta sunt, hisquè quæ cõsumunt hisquè, quæ serpunt, hisquè, quæ ualde uetusta sunt.

Declarat

DEclarat Author noſter hic purgationem per aluũ, conuenire plurimis uulneribus, nẽpè capitis uentris, & articulorũ, intelligendo per uulnera capitis illa, quæ cum inciſione oſſis penetrantia ſunt, hic per uentrem non ſolum intelligit uentrem inferiorem, in quo continentur membra naturalia, ſed & pectus, quod uenter medius dicitur, in quo continentur membra ſpiritualia Gal. teſte 4. meth. cap. 6. intelligendo etiam per uulnera uentris penetrantia ſolum in eorum cauitate, confert etiam uulneribus articulorum, & periculum inſtat de corruptione ipſorum uulnerum item & uulneribus quæ poſtulant ſuturam, uel exedunt aut ſerpunt ueluti ſunt fagedene, & herpetes item confert purgatio alui ulceribus quæ inueterauerunt aut uinciri [deberent Hyppocr. ergo intendit omnia ulcera magna expoſtulare purgationem ratio eſt quia ex purgatione ulcera reddũtur minus humida, & minus inflammantur, tum quia corpore inanito per purgationem uirtus exoneratur, & fortior redditur pugnando contra morbum, & hoc conuincitur Galeni. Authoritate quinta aphoriſmorum in com. aphoriſ. ubi ſic ſcribit Hyppocr. ſi in uulneribus fortibus, & magnis tumor non appareat, & reliqua dicit Gal. in com. quod in iſtis uulneribus fortibus, & magnis de quibus diximus in præcedentibus ubi tumor non appareat cum eis eſt malum magnum, quia humores ſuperbiunt diſtemperantur, & per totum corpus diffunduntur ſpaſmos, & tetanon faciũt & magnum inde uitæ periculũ ſequitur, & Hyppocr. in eo aphor. loquitur de uulneribus fortibus, & magnis quæ ſunt facta in capitibus muſculorum, & in extremitatibus ipſorum, quę partes ſunt ualde neruoſe, & ex conſequenti multum doloroſe ubi uulnerantur quapropter ex dolore natura debilitatur, & ea debilitata humores ſuperbiunt & diſtemperantur, ut diximus qui ubi ad partem uulneratam non confluãt per totum corpus diffunduntur, & faciunt conuulſionem, aut tetanum, uel aliud prauum accidens ex quibus uerbis

Gal.

Gal. colligimus bonam esse purgationem humorum non so lum in uulneribus magnis ob prauitatem, sed in omnibus magnis utcũque magna sint diximus enim quod trifariam uulnus dicitur magnum teste Gal. 4. meth. cap. 6. allegato, primo ratione essentie quando magna sequitur solutio con tinui, secundo ratione nobilitatis membri, ut si uulnus fuerit in capite aut uentre, tertio ratione prauitatis, quod bifariam intelligitur nempè uel ratione loci, ut si fuerit in iuncturis, uel ratione praue, uel male qualitatis, ut si fuerit errodens, ut fagedena, & Herpes, aut quando timetur corruptio aut iam adest proinde, & Hyppocr. in hac parte comprehen dit omnia ulcera magna utcumque talia sint quoniam, & magna ratione essentiæ, ratione præstantiæ membri, nec nõ & ratione prauitatis intelligit magna ratione essentiæ quãdo dicit uulnera egent sutura magna deinde ratione præstantiæ, cum ait si fuerit in capite, aut pectore, aut in uentre, magna tandem ratione prauitatis dicens si fuerint in iuncturis, aut putrida, aut errodentia ita: quod uidetur uelle Hyppocr. quod in omnibus ulceribus magnis quouis modo magna sint purgatio conueniat, quia ad illam purgationem tria commoda sequuntur iam dicta nã, & primo ulcus redditur siccius, secundo minus inflammatur, tertio cum corpus est mundum natura redditur fortior in pugna contra morbum quæ res non est pauci momenti, & quamuis id magis uerificetur de uulneribus magnis ratione prauitatis ueluti sunt uulnera facta in capitibus, & extremitatibus musculorum in quibus natura debilitatur atque humores superbiunt, & distemperantur attamen eadem ratione purgatio alui fieri debet in omnibus ulceribus magnis propter tres rationes superius adductas de uulneribus autem paruis nihil dixit Hyppocrates, quia raro adest necessitas purgandi, sed dicet aliquis contra Hyppocr. in hac parte clare asserit purgationem per aluum fieri debere Galen. tamen 4. meth. cap. 6. de mente Hyppocr. scribit quòd in uulneribus

quandoque

quandoque exercenda est purgatio per uomitum quandoque uerò per aluum ita ut humores non solum euacuentur sed etiam ut cum euacuatione diuertantur quo fit, ut in uulneribus existentibus in partibus inferioribus fieri deberet purgatio per uomitum, in uulneribus uerò existentibus in superioribus per aluum quare Hyppocr. uidetur sibi inconstans ad hoc est facile respondere si dicamus quod Hyppoc. in hac parte intelligit de uulneribus existẽtibus in partibus superioribus tantum, & si queratur quo tempore fieri debeat purgatio, & cum quibus respondeo cum Hyppocr. tertio de fracturis, quod purgatio in istis casibus eodem die fieri debet, aut sequenti non existente febre, aut ea existente leui id uerò quo fieri debet purgatio est medicamentum purgans bilem aut humores pituitosos subtiles, quia sunt magis apti ad fluxum, medicamẽtum uerò purgans hos humores est multiplex id uerò quod mihi magis arridet, & qđ multoties expertus sum cum magna ægrotantium utilitate est sir. ros. sol. ad quantitatem quattuor unciarum cum duabus ʒ. reub. electi additis duobus aut tribus granis spice disolutis in decoctione fructuum uel. mel. ros. sol. & sir. ros. sol. ad pondus duarum unciarum pro quolibet cum reub. ut diximus. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

EMPLASTRA autem prius inducere non expedit quã ulcus exquisite siccetur, quo facto utiliter imponuntur sepius uerò spongia ad plagam admouenda sepius item dandum est linteum purum siccum tum medicamentum quod idoneum uideatur inijciendum est, quod aut elligetur, aut sine uinculo relinquatur.

CALVI.

CALVI.

CVm uerò ſuperligare tis medicamenta non prius ponito quam uulnus ualde ſiccaueris, & emundaueris tunc demum ſuperponito crebroque ſpõgia uulnus emundato ſiccumque,& purum linteum rurſus, & ſæpe ſuperdato poſtea medicamentum, quod conferre uideatur ſuperponito ſuperligato, uel non ſuperligato.

ADeo clare loquitur hic diuinus Hyppocr.ut non multa indigeat declaratione eius ergo ſententia eſt quod in uniuerſum antequam applicentur medicamenta ulceribus ipſis prius ea diligenter exiccanda ſunt ſpongia molli ſcilicet denſa,ſicca inciſa, non madefacta in aliquo liquore, aut pannis lineis mundis ſubtilibus,uetuſtis ne uerò in exiccatione ulcus lædatur noſtris temporibus ſpongia non eſt in uſu, ſed loco ſpongie utimur bombace ſubtili, & mundo filiſque ſubtilibus factis ex panno antiquo ſicco ratio huius eſt, quia ſi applicetur medicamentum, ſeu emplaſtrum, ut uerbis utar Hyppocr. ulcere non recte exiccato uirtus medicamenti redditur imbecilla ea propter non ſequitur illud commodum quod requiritur qua propter hæc regula uniuerſaliter eſt obſeruanda in quocunque ulcere tam recenti, quam antiquo tum etiam dum intendimus aglutinare, aut carnem generare, ſeu cicatricem inducere recte igitur ſcribit Hyppocr. quod emplaſtra admoueri non debent ulceribus niſi diligenter exiccata fuerint per emplaſtrum intelligit Hyppocr. ut diximus unguentum quod admoueri debet uinculo aut ſine uinculo præſupponens emplaſtrum habere ſubſtantiam talem, ut adhereat ſine uinculo uerum quandoque uidimus ulcera adeo dolorifica, ut nullo pacto nullaque ratione exiccari potuerint illis remedijs, uel modis iam dictis ſine magna ægrotantium læſione quo in caſu

arbitror minus malum esse, ut medicamenta applicentur ulceri non diligenter exiccato nec propter hoc contradicimus Hyppocrati, quia sat est Hyppocratem ueritatem dicere, ut in pluribus quemadmodum scribit Galenus super eo aphorismo quintæ particule in quo Hyppocratis dicit uesicam incisam, aut cerebrum, & reliqua mortale, quod ut in pluribus, & non semper intelligendum dicit, & proinde in istis ulceribus soleo ego exiccare cum pāno lineo mūdo ueteri infuso in lacte, aut aqua rosacea calefactis, & mediocriter expressis, & ultra mediocritatem ita ut possit saniem si non in totum saltim pro maiori parte attrahere seu exiccare. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

PLERISQVE ulceribus calida tempestas hyeme salubrior est, nisi fuerint in cap. & uentre salubrius adhuc equinoctium.

CALVI.

PLVRIMIS præterea uulnerum calidum anni tempus magis, quam frigidum hyemsue confert præterquam his quæ in capite aut uentre sunt maxime uerò equidiale equinoctialeuè.

HABET pulcherrimam doctrinam Hyppocr. paucis uerbis comprehensam, & hucusque à paucis animaduersam, quam nemo sine iactantia ante nos in hac Ticinensi Academia intellexit nec aliquem doctum medicum, inueni qui eā animaduerterit præter Franciscum Cassianum Pedemontanum uirum doctissimum, quamuis suo tempore adessent uiri celeberrimi, ut Curtius Ambrosius Cauenagus Mediolanensis homo bonus, Ofredus Cremonensis, & Glu

ftanus Papiensis cum quibus omnibus ego ipse allocutus sum, & hæc doctrina pertinet ad prognosticum quod plurimum facit ad gloriã medici, ut dicemus in tractatu de uulneribus capitis si Deus Optimus Maximusque uoluerit dico igitur, quòd sententia Hyppocratis est quòd calidum anni tempus magis cõgruum est pro maiori parte uulneribus, quàm frigidum intelligendo de uulneribus, quæ fiunt in partibus exterioribus, & ratio est quia in calido anni tempore calor naturalis attrahitur à centro ad circumferẽtias, qui calor naturalis una cum membri complexione ulcera sanat ueluti artifex non autem medicus neque medicina, ut superius diximus quo fit ut clare appareat quod calidum anni tempus magis congruum uulneribus sit quàm frigidũ exceptuat Hyppocr. uulnera capitis & uentris per uentrem etiam pectus intelligit per uulnera uerò capitis & uentris penetrantia cauitatem ipsorum membrorum innuit, & si dicatur in cap. non adest cauitas respondeo, quòd & si non tãta sit cauitas in cap. ueluti in pectore & uentre attamen adest cauitas notabilis, ut apparet ex anathomia, quæ est inter duram & piam matrem, & id clàrius explicabitur in tractatu de uulneribus capitis Deo fauẽte ratio uerò cur tempus anni frigidum magis congruat, uulneribus capitis & uẽtris est quia tũc in istis uentribus calor naturalis est maior, quia frigiditas aeris à circumferentijs ad centrum retrahitur seu contrahitur teste Hyppocrate primo Aphorismorũ, Aphoris. 15. in quo scribit uentres hyeme & uere natura calidissimi sunt quare per ea tempora alimenta copiosiora exhibenda sunt, quod etiam experientia clare conuincitur, quia animantia plus comedunt, & melius concoquunt quam in tẽpore anni calido ea propter sequitur, & iuste colligitur, qđ anni tempus frigidum sit magis congruum uulneribus capitis & uentris, quam tempus anni calidum, & ratio est quia id tempus in quo calor naturalis est fortior ratione anni tẽporis id magis est congruum illis uulneribus, quia calor naturalis

turalis

turalis fortis, ut diximus una cum membri uulnerati complexione est, qui sanat circa, quam partem pulcherrima oritur dubitatio ne dicam contradictio in dictis Hyppocratis, quæ Excellentissimos medicos multum exrorquet ut superius diximus ea consistit in hoc nam Hyppocrates clare asserit, quod tempus anni frigidum magis congruit uulneribus capitis oppositam, & contrariam sententiam uidetur de directo habere 5.aphorismorum, aphor. 18. in quo scribit frigidum inimicum neruis dentibus ossibus cerebro spinali medullæ calidum uerò utile ad hanc difficultatem aliqui dixere, quòd text. Hyppocratis est deprauatus alij uerò dixerunt, quòd Hyppocrates, qui scripsit de uulneribus, & de ulceribus est alius, & diuersus ab Hyppocr. qui scripsit aphorismos, quæ duo uana sunt, ut comprobabimus autoritate Galeni, conuincitur enim quod idem est Hyppocr. qui scripsit tractatum de uulneribus, & aphorismos, ut clare apparet in plerisque locis præcipue 4.meth.med.cap.*6.* & *6.* methodi, cap.ultimo proinde soleo ego ita dicere pro huius ardue difficultatis solutione, & non decipior, quòd ista duo non pugnant nempe quod frigida tēpestas magis congruat uulneribus capitis, quam calida & quòd frigidum sit inimicum ossibus dentibus neruis, & cerebro ubi fiat distinctio de frigido contangente & non contangente uulnus, nam Hyppocrates in hac parte intelligit de anni tempore frigido in aphorismo superius allegato intelligit de frigido actu contangente ipsa membra scilicet neruos, ossa, cerebrum, & reliqua & ita apparet, quod multum distat frigidum anni tempus à frigido actu contangente suprascripta membra, quia in tempore anni frigido possunt suprascripta membra uulnerata tueri à frigido actu contangente ipsa membra proinde soleo domicilium efficere calidum per artem nempè clausis fenestris, & ostio accendere ignem in camera aut defferendo prunas ignitas in ipsam Cameram Animaduertendo ne prune fiat ex carbonibus ex quibus multi uapo-

res eleuantur quorum ratione aliqui ægri interfecti fuerũt, & sani aliqui uix mortem euaserunt, & quando adhibetur medella prunas ignitas propè caput tenendo ita ut aer frigidus non percutiat ulcus quapropter sic agendo tempus anni frigidum iuuat duobus modis uno modo, quia calor naturalis in capite & uentre est robustior, quam in tempore anni calido, & eo tempore quo calor naturalis est robustior illud anni tempus est magis congruum, quia ut diximus calor naturalis una cum membri complexione est, qui sanat alia ratio est, quia in anni tempore frigido sanguis, qui in uentres, & eorum cauitates de necessitate descendit tardius corrumpitur, quam in æstate unde natura adiuta à medico cum dantur inducie ipsum expellit antequam corruptionẽ ibidem inducat quod experientia comprobo nam uidi aliquos uulneratos in capite uulnere penetranti, qui sanguinẽ excrearunt usque ad decimam septimam diem in tempore anni frigido, & nihil mali successit ab ipso sanguine, uidi & alios permultos similiter in capite & uentre uulneratos penetranti uulnere tempore anni calido ubi sanguis induxit corruptionem, & putrefactionem à qua æger facile moriebatur his igitur duabus rationibus apparet manifeste, qđ tempus anni calidum minus conuenit ulceribus cap. & uentris, quam frigidum & cum dicat Hyppocrates, quòd frigidum est inimicum neruis ossibus, & reliqua intelligas tu nõ solum frigidum aerem contangentem actu neruos ossa cerebrum, & reliqua, sed & ea omnia quæ actu frigida extrinsecus applicantur membro uulnerato ueluti sunt panni, & medicamenta frigida, & alia similia, quæ sic actu frigida administrantur quo ulcus exiccatur, & in hoc casu uel sensu uerum est, quod dicit Hyppocrates calidum esse utile, & amicum quod experientia confirmo, uidi enim sæpe ex applicatione medicamenti congrui actu tamen frigidi in uulnere neruoso ægrotantem statim corripi conuulsione, quæ statim etiam remota est medicamento frigido auferto, &

cum balneo olei calido ad maiorem dillucidationem eorũ, quæ diximus sciendum quod nequaquam obstat, quod dicunt aliqui, qui negantes hanc ueritatem asserunt sufficere in tempore frigido collocare ægrum in camera calida, quia sic aeris frigiditas nequaquam contangit uulnus ipsum, & sic respectu uulneris tunc erit idem cum aere calido, quod nihilominus falsum est quod exemplo carnium recentium facile confirmatur, nam carnes recentes seruantur in tempore anni frigido incorrupte etiam, quod sint posite in loco calido, & manebunt per quattuor per sex & octo dies & ultra in tempore uerò calido non poterunt incorrupte manere per unum diem esto quod seruentur in loco frigido. Addit Hyppocrates ultimo loco, quod adhuc est magis cõgruum, & salubrius istis ulceribus, aut uulneribus equinoctium, quia eo tempore, & in uentribus, & in partibus interioribus calor naturalis est fortior. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

VBICVNQVE in uulneribus, quæ neque rectè neq; ut res postulat assidue purgata prius fuerint produci caro cæperit solet plurimum supercrescere in his uerò quæ rectè atque ut res postulat assidue purgentur, & nisi aliquod collisum accesserit siccis presidijs nutriantur plerunque caro non excresit.

CALVI.

QVAE bene, & uti oportet uulnera purgantur semper scitius coalescunt, & sanescunt numquamque ferè superuacuam carnem gignunt.

SEntentiam clarissimam scribit, & notat in hoc text. Hypocr. circa uulnera ea in quibus caro regeneranda est,

quæ

quæ ſententia eſt talis niſi rectè conuenienterque mundificata atque exiccata fuerint uulnera caro ſolet ſuper creſcere,& ratio eſt quia ſemper abundat nutrimentum, ubi uerò è cõtra rectè & aſſidue exiccata fuerint niſi cum ulcere fuerit contuſio caro non ſuper creſcit præſupponendo, quod medicina ſicca applicetur ſecundum quod ratio ipſa expoſtulat exceptuat ulcera cum contuſione propterea,quia exiſtente contuſione cum ulcere fieri poteſt, ut caro ſupercreſcat quamuis ulcus recte, & conuenienter mundificatum fuerit, & ratio eſt quoniam &c. Sequitur Hyppocr.

VIDI VIDII.

QVOD ſi os uſtum,aut ſectum,aut alia de cauſa abſceſſerit ea ulcera cicatrices cauas accipiunt.

CALVI.

SI quoquam os ablatum,uel abſciſſum, uel uſtum diſceſſit deciditue modoue alio deſit uulnerum horum cicatrices caue erunt.

VBicunque inquit Hyppocr. ex ulceribus os abſcedat ſeu deperdatur pet inciſionem, aut per uſtionem, aut alia de cauſa,cicatrix remaneat cum cauitate ratio eſt, quia oſſa deperdita non regenerantur cum originem habeant à ſemine, qđ defficit proinde hoc idem confirmans dicit in aphor. decimo nono quinte particule, quando inciſum fuerit os aut neruus,aut cartilago,aut maxilla tenuis,nec creſcit, nec aglutinatur,& ſi quandoque uideantur oſſa fracta aglutinari cum membrum fractum ſuo munere fungi uideatur eo modo quo prius fungebatur antequam fractum eſſet id tamen non prouenit propterea,quia os aglutinatum ſit,ſed id fit propter unionem factam à materia quadam circumdan-

tè ipsum os & dicitur porrus saucoides seu alrosboth quæ res conuincitur exemplo galli aut galline quę si fuerint cũ osse fracto demum facta unione ossis per porrum iam dictũ cũ auxilio artis hinc ad tempus si coquatur gallina aut gallus clare apparet quod os fractum non erat perfectè unitũ nisi per glutinum illud quod per concoctionem illam deinde dissoluitur & ita remanent ossa disiuncta historiam hanc recepi à Gal. recitatam in com. aphorismi iam dicti ex qua cõtingit totum nature artificium quod à deo maximoque & sapientissimo datum est maxima admiratione dignum esse quod cum ossa sua duritie non possint uniri prouidit natura in inuiscando ossa ipsa mediante glutino iam dicto ac si natura ageret cum cognitione proinde Gal. in comento aphorismi allegati peroptime istud tamquam quid admirãdum recensuit ut diximus per hæc ergo sit explicatus text. Hippocr. ubi addiderimus dubitationem quæ rationabiliter in litera contingit cum inquit cicatrices cauas recipiunt nam quandoque in ulceribus caro supercrescit ita ut cicatrix altior reddatur chirurgo imperito existente ita diceret aliquis ea ratione qua caro supercrescit eadem potest caro in ulcere in quo os abscescerit augeri ad tantam quantitatẽ ita ut tota cauitas repleatur ut hinc nulla remaneat cauitas post consolidationem, Ad hoc facile est respõdere & quod utique id fieret nisi superuenerit in circuitu cicatrix quæ antequam tota cauitas sit repleta prohibet carnis generationem ex consequenti cauitatis repletionem.

VIDI VIDII.

IAM uerò ulcera non purgata nec si in unum cogantur glutinari possunt nec per se comitũtur glutinari item ea nequeunt quorum partes quæ iuxta sunt inflammatione urgentur dum hæc maneat tum ubi illa quæ ulceri proxima sunt nigritie occupãtur ob putrescentem sanguinem

aut

aut ob uaricem fluxum sanguinis subministrantem neque illa glutinari possunt nisi quæ iuxta plagam sunt curentur.

CALVI.

QVæ non bene purgātur uulnera nec medicamētis nec spōte sua coerescunt sanescūtue, quæ uulnera circū inflammata sunt nunquam ea nisi finita inflammatione sanescūt nec etiam ea, quæ liuore nigroreue circumobducantur, uel sanguinis marcore putredine, uel uarice sanguine defluente coerescunt sanescuntue nisi quæ uulnus circunstat sanes.

QVod hic ab Authore scribitur ut clare uidere est facit & ad prognosticum, & ad curationē cum dicit quod illa ulcera quæ non recte purgantur non admittunt aglutinationem per ulcera in hac parte possumus duo intelligere uel ulcera recentia in quibus nondum facta est sanies quæ ab aliquibus uulnera dicuntur hæc si non mundificentur seu purgentur ab ijs quæ inter labia ulceris reperiuntur, ut sanguis humiditas pilus uel aliud extraneum ut diximus in præcedentibus non admittunt aglutinationem uel possumus intelligere ulcera in quibus facta est & fit sanies quæ non recte mundificata est seu exiccata quæ Hippocr. uocat non purgata quemadmodum contingit in ulceribus habentibus sinum quæ non sanantur nisi rectè mundificentur qđ sit dictum, quia præcipue id contingat in iam dictis ulceribus non tamen quin hoc idem non uerificetur de omnibus ulceribus non rectè mundificatis ratio cur ulcera non purgata minimè sanentur est, quia humiditas in ulcere manens & posita in labijs seu inter labia prohibet aglutinationem, seu sanitatem. Addit Hyppocrates, quod similiter ulcera, quæ inflammatione laborant non admittunt sanitatem rationem huius adducit Gal. 3. meth. cap. 3. clare ostendens,

quod

quod id quod sanat ulcus, seu uulnus est natura, quæ carnẽ generat, & disiũctum unit natura uerò hoc fungitur officio, quando membrum ulceratum est temperatum in quatuor qualitatibus primis, quod si non fuerit temperatum ueluti, quando ulcus inflammatione laborat tunc donec inflammatio non tollitur neque ulceris sanatio speratur subiũgit, quod si ulcus fuerit cum nigredine circumiacente non admitit sanitatem, quia ubi adest nigrities circa ulcus ibi adest sanguis malus, & ubi sanguis malus caro bona non generatur neque ulcus per consequens aglutinatur ut diffuse superius dictum fuit proinde Gal. loco citato dicit, ad carnis generationem duo requiri alterum est membri complexio tẽperata, quæ est ueluti artifex, secundum est sanguis bonus non solum in quantitate, sed etiam in qualitate, quare ubi aderit nigrities circa ulcus nulla erit sanitas, quia sanguis non est bonus addit deinde si fuerit uarix subministrans sanguinem melancholicum eadem ratione ulcus non sanatur proinde conuenienter purganda sunt ulcera tollenda est inflammatio euacuandus est sanguis prauus ea ratione qua diximus in præcedentibus uarix uerò uenit curanda incisione, & ligatura unde sciendum est; quod uarix est uena magna ultra consuetudinem, quæ in omnibus partibus corporis gigni pót præcipuè in femoribus, & cruribus, quæ semper sunt plene sanguine melãcholico, ut ergo prohibeamus sanguinem melancholicum subministrari ipsi ulceri, à uarice, à natura rei procedendo oportet eam uenam incidere in exemplo socrates patitur ulcus in crure in quo est uena uarix ulcere existente propè talum secanda est uena in medio cruris, uel parum supra, aut infra sed prius ligari debet filo serico aut lineo uena eleuata cum uncino transquendo cum acu sub corpore ipsius uenæ hoc facto debet quoquomodo adstringi uena deinceps incidenda est discooperta parum infra ligaturam, & debet permitti, ut sanguis melancholicus à ligatura infra euacuetur, & à ligatura supra debet permit-

ti, ut ſanguinis portio euacuetur ſimiliter animaduertendũ tamẽ ne nimia ſanguinis quantitas excedatur, quia tametſi ſanguis ſit malus ſimul euacuantur ſpiritus ex qua euacuatione ſequitur uiriũ imbecillitas ſanguine euacuato ſecundum conuenientiam debet adſtringi uena ita ut ſanguis ne queat ulterius euacuari poſtremo ulcus nouum & antiquũ curari debẽt preſidijs conuenientibus. Sequitur Hypp.

VIDI VIDII.

VLcera in orbem ſi intus caua fiant, quod abſcedit uel ad totum orbem, uel ad dimidium ſecari debet in longitudinem hominis naturalem.

CALVI.

QVae rotũda ſunt uulnera ſi ſub caua, & ſublata ſunt quadrifariam ſecato, uel bifariam circulum oblonga uti reddas pro hominis natura.

HIc Author oſtendit curationem ulceris circularis, quod eſt difficilis ſanationis propter diſtantiam labiorum, quæ circularitas, uel fit à cauſa primitiua nempè à telo acuto cutem, & carnem deperdente, aut fit à cauſa interna ſcilicet ab humorum corroſione, ſeu putrefactione inducta à telo obtuſo, aut ab alia cauſa quodcunque iſtorum fuerit curatio ulceris eſt ſecare orbicularitatem, ſeu rotonditatem ſecundum corporis longitudinem, & inciſio hæc fieri debet bifariam, aut quadrifariam ſecũdum naturam ulceris oportet igitur quadrifariam ulcus ſecare, quando labia ulceris ſecundum omnes partes nõ ſunt aglutinate cum carne ſub cute exiſtente, quandoque uerò ſufficit bifariam exercere ſectionem, quando labia non ita ſunt ſeparata à carne ſub cute exiſtente.

VIDI. VIDI I.

CVicvnqve ulceris superueniat erisipela purgare corpus conuenit, seu deiectione, seu uomitu prout ulceri præstabit.

CALVI.

CVicvnqve uulneri rubor eresipelasue superuenit corpus optime purgato supra, uel infra prout expediat uulneri.

HYppocrates pulcherrimam sententiam habet, & documentum in hac parte cum dicit si ulceri superuenerit erisipela purgandum esse corpus, quod per partem infernã, aut per uomitum fieri solet diximus enim in præcedentibus erisipellam esse tumorem præter naturam seu inflammatiotionem ab humore colerico, qui humor maximè subtilis est & facile ad cutem permeat, unde ut multi dicunt nomẽ duxit tale apostema à loco in quo fit, qui locus est cutis, quæ etiam pellis dicitur fit igitur sua subtilitate in pelle ideo dicitur herisipella quasi herens pelli,& hic scias, quòd herisipella erisipilla,& erisipellas sunt nomina synonima iubet ergo Hypp. purgandũ esse corpus cũ ex tumore illo erisipella scilicet, qui supuenit sit manifestũ humorẽ colericũ habondare in corpore humor.n.cholericus habondans præcipue, si ab eo humore fiat apostema cum ulcere maxime prohibet ulceris curationem in cuius rei testimonium historiam quãdam memoria dignam adducam breuiter superioribus Annis addibui medellam cuidam D. Augustino de Saluaticis uulnus magnum in capite patienti & magnum non solum ratione præstantie membri sed etiam ratione essentie de quibus ulceribus magnis aliqua in superioribus dixi

erat enim Anni tempus hiems ualde frigida ætas erat iuuẽtutis superuenit ulceri erisipella ad quantitatem medij regali inquirens rationem curandi tale apostema ab uno experto medico & doctissimo cui nomen erat Io. Baptista Glussianus dixi uir excellens iudico purgandum esse corpus ab humore bilioso teste Hippocr. in tract. de ulceribus dicente si ulceri superuenerit erisipella bilem purgare oportet respondit hic doctor excellens non audeo hoc tempore tam frigido corpus purgare sequenti die inueni erisipellam auctam unde statim quod dixeram in priori congressu repetere uolui respondit ille se iam protulisse suam sentẽtiam præterita die tertio uerò, & sequẽti ẽt die maior affecta est erisipella ex quo iterum idem quod bis dixeram denuo dixi nempè necessariam esse purgationem hic excellens medicus multum cogitando tandem eandem responsionem adduxit nocte sequenti correptus est æger à maximo rigore & inquietudine ita ut firmiter arbitraretur se moriturum & animam tunc temporis separari à corpore & statim deiecit per aluum non dixerim in una uice bilem flauam sinceram ad pondus duodecim librarum post cuius euacuationem abolita est erisipella & dei optimi maximique auxilio ab eo ulcere affectus est sanus ex hac experientia unum colligo quod memorie uenit mandandum quod scilicet apparente humore aliquo in partibus cutaneis & extrinsecis quamuis ille humor in partibus iam dictis sit paucus nihilominus purgatio maxime conueniens est quia in partibus internis humor multus est, nũc reddeo unde digressus sum dicit Hippocr. quod purgatio fieri debet per aluum aut per uomitum ratio est quia Hippocr. intendit non solum euacuare humorem colericum abondantem sed etiam intendit simul & semel cum euacuatione diuertere & proinde si uulnus est in partibus superioribus euacuãdum est corpus per partes infernas si uerò fuerit in partibus inferioribus euacuandum est corpus per uomitum etiam quod nostris

temporibus

temporibus uomitus non sit multum in usu quod si forte fortuna aliquis sit facilis ad uomitum utique ipsum laudarem magis quàm purgationẽ per aluum in uulneribus scilicet existẽtibus in partibus infernis & pręcipue si æstas esset.

VIDI VIDII.

QVOTIES autem iuxta ulcus quod inflammatione uacet oriatur tumor hic progressu temporis suppurat sed si cum inflammatione tumor non cesset dessidentibus alijs quæ simul tumere & inflammari ceperunt uerendum est ne ore non glutinentur.

CALVI.

CVI secundum uulnus tumor fiet uulnere non inflammato post non multo tumor ille suppurabit quodq; cum inflammatione tumuit si nõ relanguescat & demitatur cæteris quę una tumuerant & inflammari ceperãt se se demittentibus periculum est ne & hoc cum cæteris nõ coalescat & sanescat.

OBscure admodum hic author se gessit quod propter malam traductionem ut uideor mihi uidere cõtingit proinde quantum ad primam partem orationis mihi uidetur Hippocr. uelle quod quotienscunque ulceri superuenerit tumor absque inflammatione hic tumor in progressu temporis in pus uertitur & ratio est quia omnis tumor præter naturam absque inflammatione indicat humorem crudum qui à natura in totum uinci non potest ex quo necessario in pus uertitur idque facit & ad prognosticum & ad curationem ad prognosticum quidem quia prædicit id quod futurum est ad curationem demum quia medicus succurrit medicamẽtis maturatiuis & ut summatim rem aperiam sciendum

dum quod quando natura in totum tumorem uincit sequitur tumoris resolutio si uerò non in totum uincit sequitur maturatio aut tumoris durities cum eiusdem diminutione addit Hippocr. quòd si tumor fuerit cum inflammatione & tamen non cessat dissidentibus alijs, i. otiose alijs partibus incipientibus inflammari & intumescere timendum est ne aglutinentur. i. ne extremitates ulceris aglutinentur quinimo ne idem tumor cum inflãmatione in pus uertatur quia cum tumoris resolutio tardatur signum est quia natura est imbecillis in resoluendo istum tumorem quo in casu ut in pluribus tumor uertitur in pus.

VIDI VIDII.

QVIBVSCVNQVE cadentibus uel alio pacto quæ iuxta plagam sunt deteruntur colliduntur non tumentque & cũ suppurant pus ex tumore ad ulcus trãsfunditur ubi hæc exigere cataplasma uideantur ipsi ulceri ne imponatur sed partibus quæ iuxta sunt ut pus euadat & quæ dura sunt emolliantur.

CALVI.

QVAE etiam deciderint uel aliquo modo decisa uel difracta fuerint uel tumuerint quæ uulnus circundant si suppurant & tumuãt tumoresque illi si pus demittunt per uulnus quod emplastrationis egere uidetur quæ circunstant non uulnus emplastrato pus uti defluat queque obduruerunt mollescant.

NOtat hic Hipp. unum notatu dignum cum quod agendum demonstret in curatione uulneris cũ cõfusiosione dicat uel illud sit factũ per casum aut alia de causa & dicit ex quo locus læsus intumet etiam pus in eo tumore gignitur

admoueri

admoueri debet cataplasma ita ut non retineatur pus in ul cere sed solum ut adiuuet puris generationem & emolliantur partes omnes quæ dure sunt & ratio est in promptu desumpta ex ipso Hippocr. qui asserit omne contusum necessario putrefieri & in saniem uerti per cataplasma intelligit maturatiuum medicamentum constans ex farina tritici incocta in aqua & oleo in ipso tamē ulcere debet prius admoueri medicamētum quod fit ex terebentina uitello oui & oleo rosaceo quod facit ad prius generationem sequitur Hippocrates.

CALVI.

POSTQVAM mollita sunt & inflammatio conquieuit repellere oportet & quæ abscesserunt per spongias adstrictas uinculo quod à parte sana incipiat & paulū porrigatur super spōgias item folia multa inducere si quid autem repelli nequeat in causa est caro humida quam detrahere necesse est.

CALVI.

QVECVNQVE remollita fuerint inflammatioq; cessauerit spungia superligato multaque & tenella folia superponito de sanaq; parte incipito & ulterius ligando procedito quod non coalescat caro humida causa erit quam abijcito ascinditoue.

HIppocr. Declarat in hac parte ut litera clare ostendit quid agendum sit in emollienda duritie existente cū ipso ulcere atque tumore in pus uerso & in sinum ulceris transfusa nam in hoc ulcere intentio est pus extra ulcus per sinum ligatura debere expelli quæ fieri debet incipiendo à parte in qua est fundum sinus seu extremitas ulceris ipsius

quæ

quæ exterior pars uidetur sana & hæc ligatura debet fieri ita ut fundum ulceris adstringatur ligatura debet esse minus stricta & hunc in modum expellitur sanies à fundo ad eius orificium hoc ultra membrum debet habere talem figuram ita ut orificium sit inferius & superius fundum & hæc ligatura est expressiua scilicet saniei ea propter diximus in præcedentibus ligaturã in uulneribus fieri tribus modis uno modo ad uulnerum aglutinationem & hęc etiam confert in fracturis & dislocationibus alia fit ad expellendam saniem extra ulcus cum quo est sinus ut nuper diximus alia fit ad retinenda medicamenta tantum circa quam partem Hippocr. nihil dixit de situ conuenienti dico quod Hippocr. istud subintellexit situs conueniens. Est ut diximus figurando membrum ita ut orificium sit inferius & fundum sit superius & quia interdum in sinu ulceris contingit quandoque carnem esse humidam supercrescentem prohibentem saniem egredi esto quod situs & ligatura conueniant nihilominus in hoc casu oportet carnem illam humidam exiccare & consumere, & id facile assequi possumus unguento ægiptiaco dissoluto in uino albo aut nigro in debita tamen quantitate ad hoc etiam facit licinium cannulatum ex auro aut argento aut plumbo ex auro in magnis uiris ex argento in mediocribus ex plumbo in pauperibus hanc methodum seruat Gal. in 3. de compositione farmacorum secundum genus narrans historiam cuiusdam diuitis utitur Hippo. spongijs sub uinculo sed mollibus de quibus dixi in præcedentibus quæ non solum faciunt ad expręssionem sed etiam ad ulceris exiccationem & ad partis corroborationem dicens quod folia multa induci debent super spongias quæ folia esse debeant in sequentibus ostendit addit Hippocr.

VIDI VIDII.

QVOD si ulcus insederit sub carne altiori utroquè nomine & quod alligatur & quod comprimitur intus assurgit in speciem uaricis hoc itaq; ut fluxui exitus detur seccari debet ab ore si licet quatenus specillũ penetrat quomodocunquè oportunum uidebitur quo facto ad ea remedia ueniendum quæ idonea iudicabimus.

CALVI.

SI uerò sub multa carne uulnus altum esset profundumue propterea que uaricem cancrumue subcrearet præ uinculo & pressura stricturauè quod si quis specillo subterdato scalpro secet latumque uulneris os reddat quatenus locus & tempus poscat non errabit sicque curet quequè res poscat apponat.

OStendit nunc Hippocr. quid agendum sit in cura ulceris habentis sinum ex quo expelli non potest sanies per orificium sed per ligaturam materia existens in sinu sursum expellitur ita ut uideatur sinus admodum uaricis, quæ uarix nil aliud est nisi uena dilatata à sanguine melancholico de qua infra dicemus dicit igitur si uulnus sub carne altiori insederit idest penetrauerit utroque nomine scilicet,& propter ligaturam & propter saniem quæ comprimitur à ligatura ipsa sanies quæ intus est sursum surgit ad similitudinem uaricis hoc in casu ut exitus detur puri facto ex fluxu humorum tunc secari debet sinus ab ore idest ab extremitate usque ad fundum quatenus specillum penetrat addit (si licet) quæ uerba multum sunt ponderanda propterea quia intelligit Hippocr. multa sub istis duabus dictionibus nempè (si licet) idest si fieri con-

Curatio ulcer[is] habentis sinu[m]

uenit sectio absq; periculo ueluti contingit quando est multa distantia ab orificio ad fundum & caro est multum spissa à cute ad sinum, item si fuerit intermedians inter orificium & fundum uena magna, aut arteria magna, aut neruus, aut chorda, in istis omnibus casibus non licet sectionem exercere ab orificio ad fundum & proinde hæc uerba (si licet) bene ponderanda sunt, & cum id sit multi momenti sub diuersis uerbis idem repetit Hippocr. dicens (quomodocunque oportunum uidebitur) quo facto ad remedia ueniendum quæ idonea iudicabimus quæ idonea uidentur ostendit Hippocr. in sequentibus remedia.n.idonea sunt quæ exiccant & abstergunt ueluti mel rosaceum, unguentum apostolorum, & unguentum ægiptiacum quæ applicari debent pro ulcerum & corporum diuersitate & Gal. 3. meth. cap. 10. clarissime ostendit rationem curandi ulcera habentia sinum & cauitatem dicens quotiescunq; ulcus fuerit cum sinu si orificium sponte sua fuerit inferius ita ut sanies possit extra educi spōte sua, idest quod quęrimus seu uolumus si uerò orificium est superius debemus figurare membrum ita ut orificium sit inferius & fundum superius quod si id fieri non conceditur applicādum est uinculum ut diximus ita ut sanies extra expellatur quod si per ligaturam id assequi non possumus tunc ad incisionem deueniendum est & si non intermediant uenę, aut arterię, aut neruus, aut chorda, & exiguum sit spacium ab orificio ad fundum tunc debet totus sinus secari ab orificio ad fundum quod si fuerit multum spacium inter orificium & fundū uel caro est multum spissa aut intermediant uenæ, aut arterię, aut nerui, aut chorde, tunc sectio est molesta aut periculosa & proinde debet tantum fieri sectio in fundo quod si id fieri nequit non debet poni æger in periculo uitæ ut aliqui audacissimi uel potius temerarij ausi sunt agere nostris temporibus & interdum cum priuatione uitæ ægrotantium & proinde Gal. 2. ad glauc. ubi agit de abscessibus aliquid etiam dicit

de

de cura istorum ulcerum habentium sinum. Sequitur Hippocrates.

VIDI VIDII.

FERE autem omne ulcus quod sinum habet rectum ita ut perspici possit si tumore uacet si corruptum sit si caro subsit hebes & putris, & ipsum & quod iuxta est nigrum se ostẽdet uel subliuidum inter ulcera uerò exedentia ubi id fit quod phagedęna gręce nominatur uehementerq; exedat ac uoret tunc quoq; & ulcus & quod in uicinia est nigrum apparebit uel subliuidium.

CALVI.

QVAEQVE plerumque uulnus omne cauum recta ui su & aperte quodque non tumeat possit siquidem putredo caro quæ fluxa maricdaue subsit uulnus & quæ circa sunt nigricabunt uel liuida erunt quemadmodum ea sunt quæ deuorant & absumunt uel ubi phagedena insit, quæ ualidissime & serpat, & absumat, uulnus quidẽ hoc, & nigricat, & subliuescit circumquaque.

IN hac parte Hippocr. mea sententia non clare quid sibi uelit ostendit, cuius causam esse arbitror quod tex. est corruptus, proinde non uidetur Hippocr. aliquid concludere, uolentibus nobis tex. exponere ut uerba iacent, sed procedendo à natura rei ita dicendum est, quod quasi semper omne ulcus quod habet sinum rectum, ita ut perspici possit uisu aut specillo, si sit sine tumore, si corruptum sit, si caro subsit hebes, & putris, & ipsum quod iuxtà est ipsum ulcus nigrum se ostendet, uel subliuidum id ulcus est malũ, quia ut sinum habet magnum, magnum est ulcus quatenus est corruptum, & carnem habet hebetem, & putridam, &

ipsum ulcus, & quod iuxta est ipsum nigrum si ostendit, uel subliuidum id ulcus est, etiam magnum ratione prauitatis sicuti primum est magnum ratione essentie, quibus ulceribus non apparere tumorem est malum, & id constat auctoritate Auicenne in 4. fen. 4. tract. 3. cap. primo, dicente ulcera autem quæ faciunt accidere spasmum, & ulcera putrefacta, scrofulosa & algeromati & corrosiua & cãcerosa, & que eorum cursu currunt, sunt in quibus non generatur sanies, imo quando apparet in ulcere sanies & apostema est signũ bonum, cum quo non timetur spasmus & permixtio rationis, & his similia, quamuis sit in loco, quod facit illud necessarium & reliqua proinde quatenus apparet caro hebes & putris indicium est dominij caloris extranei quatenus uerò liuiditas apparet, ostendit calorem naturalem, extingui, & tandem colorem nigrum, eundem calorem naturalẽ extinctum ostendere, cum uerò addit inter ulcera esse aliqua exedentia atque depascentia ut phagedena, uidetur Hippocr. uelle quod in istis ulceribus sit malum non apparere tumorem, horum autem omnium ratio est, quia istis ulceribus magnis existentibus ratione prauitatis magne, natura redditur imbecilla, ita ut non possit succurrere partem affectam, quo in casu nec apparet sanies bona, nec tumor, quæ ambo indicant mortem proximam; phagedena dicitur grece ulcus errodens cutem & carnem, & in hoc differt phagedena ab herpete, quia herpes tantum cutem depascitur, seu errodit, quæ ambo sunt cum magna ut diximus prauitate.

VIDI VIDII.

CATAPLASMATA uerò tumoris & inflammationis partium adiunctarum, coctum uerbascum, folia trifolij cruda, epipetri folia cocta, polium: cuncta hæc, ubi purgari ulcus oporteat, purgandi uim habent super hæc

fici

fici atq; oleæ folia, & marrubium, quæ omnia incoquenda sunt inter hæc autem maximè coquere oportet uiticem, ficum, oleam: utiliter etiam coquũtur mali punice folia: crudis uerò utendum est folijs malue contritis ex uino, item rutæ atq; origani, quibus omnibus, lini semen coctum ac bene contritum adijcitur.

CALVI.

TVMORIS quidem huius, circunstantisque inflammationis linimentum, & emplastratio est, decoctum herbascum, flomosuè, trifolij folia cruda, cuperi, quadratiue iunci folia decocta, polionque, canauè herba, si uerò purgare sit opus, uulnus omne hæc purgant; quin & fici folia, & oleę, & marrubium, prassionuè, quæ omnia decoquito, sed potissimum uiticen, hagnonuè, ficum, oleam, granati folia, maluæ uerò folijs, crudis utitor, origanique uiridis, & rutæ, quibus omnibus lini semen tostum tenuissime tritum misceto.

OStensis intentionibus curatiuis ulcerum, accedit Hipp. ad medicamenta particularia, & connumerat plura simplicia, ea sunt uerbascum, quod uulgo dicitur lauedon, cuius plures sunt species, facultates, quarũ scribit Gal. octauo de simplicium med. facul. trifoliũ cuius species sunt due odoratum scilicet & pratense, odoratum apud nos non reperitur & est id de quo loquitur Hyppocr. in hac parte (mea sententia) epipetrum est semperuiua ut uidetur uelle uidus uidius, polion aliud est montanum aliud campestre, eorum facultatis meminit Gal. 7. de simpl. medicamentorum facultatibus folia fici marrubium & folia oleę nota sunt uitis est agnus castus folia mali punici sunt folia granati, omnia hęc simplicia quantum ad eorum facultates meminit Gal. 6. 7. & 8. de simplicium medicamentorum facultatibus, quæ oĩa

ſiccant, & plura eorum abſtergunt, & adſtringunt, quibus utitur Hippocr. incoctis cum uino, aut crudis etiam ſub forma cataplaſmatis ea applicat, addita portione ſem. lini toſti quod tam in actiuis quã in paſſiuis etiam facultatem habet mediocrem, item & ultra hoc facit ut cataplaſma mediocrem habeat formam.

VIDI VIDII.

VBICVNQVE periculum fuerit, ne eriſipela ulceri ſuperueniat, glaſti folia conterrens, cum lino cruda imponito, aut cataplaſma, quod linum habeat ex ſoloni, uel glaſti ſucco dilutum: quod ſi ulcus purum fuerit, ſed cum ijs, quę iuxta ſunt, inflammatione teneatur, lenticula ex uino decocta, ac bene contrita, & olei modico reſperſa ſuperinijciatur atq; alligeť, uel cataplaſma, quod fiat ex folijs canine ſentis, in qua decoctis ac bene cõtritis tenui autem ac puro linteolo contegatur ex uino atq; oleo madente: at ſi contrahendi conſilium ſit, caninę ſentis folia eo modo, quo lenticula, parentur, ſeu naſturtium, uinum, lini ſemẽ contritum inter ſe miſceantur, aut lini ſemen, uitex cruda, & alumen melinum, madefacta ex aceto.

CALVI.

QVIBVS autem uulneribus periculum eſt, ne rubor, eriſipelasue ſuperueniat, cruda glaſti, iſatidisuè folia trita cum uino linito, uel linteum ſucco ſolani uel glaſti tinctum ſuperponito, cum autem uulnus purum fuerit, & purgatum, ſed uulnus, & quę circa ſunt, inflammata ſint, lentem decoctam uino tenuiſſime tritam, olei puſillo aſperſo ſuperligato, caniniuę rubi folia, cynosbatu uè aqua decocta tenuiter trita ſuperponito linteolo tenui molli & puro loto, cum oleo & uino madefacto prius ſuppoſito.

ſi uerò

Si uerò cōducere, & coalescere uelis, canini rubi folia, sicuti lentem parato, uel nasturtium, uinum molle, tenuere, siue non magnum, lini semen tritum, uitex crudus, hagnosuè; melinum alumen miscetur quæ aceto madefacto.

OStendit hic Hyppocr. quędam medicamenta, quæ prohibent erisipellam ulceri superuenire, & causa uel ratio est, quia superueniente ulceri erisipella prohibetur ulceris curatio cum ulcera non sauentur nisi à natura, quæ in hac parte est ueluti artifex ut diximus in præcedentibus, ea.n. nequaquam fungi potest suo munere ubi pars ulcerata non est temperata in quatuor qualitatibus primis saltim quoad iustitiam & rationem membri superueniente.n. erisipella pars nō est temperata, eam demum superuenire erisipellam scilicet facile dignoscitur, propterea quia locus incipit incalescere, quod sensu ægri & medici percipitur, incipit quoq; locus rubescere, quadā rubedine citrina, ad hoc facit pro confirmatione anni tempus, ægri complexio, & uictus ratio præterita, proinde Hyppocr. comendat Glastum seu isatidem, quæ uulgo dicitur el gualdo & ea utuntur tinctores ad tingendum lanas & pannos, & duplicem habet speciem, scilicet satiuam, & siluestrem, ambe species ualenter exiccant & adstringunt, satiua mordicatione carcet, siluestris uerò multū mordicat, ut Gal. de simpl. 6. libro cap. de isatide applicat Hippocr. folia isatidis cōtrita cruda cum lino.i. cum panno lineo, quod fieri potest duobus modis, uno modo accipiendo isatidem contritam cum panno lineo sub forma cataplasmatis, aut pānum lineum infusum in succo isatidis recentis, tertio potest iutelligi quod glastū immisceri possit cum lini semine, & id rationi magis consonum est, quia cataplasma magis temperatum redditur, & meliorem formam acquirit, laudat etiam cataplasma ex farina seminis lini, cum succo solani, aut isatidis, addit quod si ulcus purum fuerit.i. mundum cum ijs, quæ iuxta sunt inflammatione teneatur tunc lenticulam incoctam in uino

acerbo,

acerbo, & bene contritam admoueat inflammatē parti addita portiuncula olei ut cataplasma meliorem habeat formam, potius quam ut facultate sua iuuet, & proinde ut etiã iuuare possit facultate ponatur oleum rosaceum, & non ab re erit, addit quod si ex folijs canine sentis incoctis in aqua contritis sub forma cataplasmatis cum linteolo applicitis id etiam conuenit quia facultatis est frigide, sicce, & stiptice, per canina sentem intelligit extremitatem rubi, laudat etiam rubum seu caninasentem incoctã ea qua ratione lenticula incoquitur & applicatur sub forma cataplasmatis uidetur etiam Hyppocr. laudare nasturtium, lini semen, cũ uino, quod auxilium uidetur suspectnm, propterea quia nasturtium est calidum & adurens, proinde non possum non inclinare in hanc sententiam, quod Hyppocr. codex sit deprauatus uel quod ille qui traduxit nõ recte traduxerit inclino tamen magis ad primum. Addit Hyppocr. aliud auxilium constans agno casto, sem. lini & alum. mel. quod sic dicitur à regione quod medicamentum etiam nõ caret suspitione respectu caliditatis uiticis & alum. nisi aliquis uellet Hyppocr. intelligere ea in ualde modica quantitate immiscēda esse cum semine lini, quod qualitates habet, ut diximus parum excedentes temperamentum,

VIDI VIDII.

VVA alba immatura in uase ex rubro ere contunditur, colataque interdiu in sole ponitur, noctu sommouetur, ne rore madefiat: interdiu assidue agitatur, ut equaliter siccescat, & plurimum ex ere contrahat, hactenus autem in sole continenda est, ut mellis crassitudinē habeat, deinde in ollam æneam conijcienda, in quam demittitur mel quam optimũ & uinum dulce, ex quo prius resina therebentina inferbuerit, dum mellis cocti modò indurescat: qua deinde proiecta uinum in olllam infunditur: maxima portio sit uue, acerbę: tum uini, deinde mellis.

CALVI.

VEL ſuccum uuæ, non maturæ candidę per collum miſſum in æneum uas rubri ęris dato, ſub ſoleq; die teneto, continenterq; agitato, ſimul uti pariter ſciceſcat, leuiterq; & ſenſim ab æno plurimum diſcedat, & ſeparetur nocte uerò ſub tecto ponito, ne rore madeſcat, tantiſperque ſub ſole teneto, donec in mellis caſſitudinē redigatur, deinde in ollam æneam transfundito, melq; quam optimum & uinum dulce, quo reſina terebentina ad mellis craſſitudinem decocta ſit, eaq; abiecta commiſceto, & confundito ſuccus autem uue nō mature, omphacosue primus & plurimus eſto, ſecondo loco uinum, tertio mel.

HYppocr. ſcriptis regulis obſeruandis in curatione uulnerum, oſtenſis etiam quibusdam facientibus ad prognoſticum à paucis animaduerſis nunc pro cōpleta rei tractatione oſtendit atq; deſcribit plura medicamenta, quæ faciunt ad ipſorum uulnerum & ulcerum curationem, & proinde hic prius ſciendum eſt, quod cum ulcerum, aliqua ſint recentia, alia antiqua, alia tandem media inter recentia & antiqua, & recentium aliqua ſint in quibus indigemus regeneratione carnis, alia in quibus tantum indigemus aglutinatione alia uerò, quæ indigent cicatrizatione ſeu conſolidatione, ea uerò ulcera in quibus eſt caro addita & dicuntur ulcera habentia carnem ſuperfluam, cum quibus eſt & cutis deperditio, non ſunt ulcera recentia, ſed uel antiqua uel media, media diximus ea quæ inter ulcera recentia, & ulcera antiqua reponuntur, ea propter Hyppocr. in tex. ſuperiore & in ſequentibus oſtendit medicamenta, quæ faciunt ad carnis generationem, & dicuntur medicamenta ſarcotica, & ea quæ ad aglutinationem & uocantur medicamenta aglutinantia, ſeu incarnantia, necnon etiam

quæ ad consolidationem seu cicatrizationem, & appellatur medicamenta epulotica, postremo quæ faciunt ad carnis errosionē, proinde poterūt studiosi à semetipsis uidere hęc omnia medicamēta, ostendam tamen ego quas qualitates debeant habere iste medicine, & ut ordine procedam uidebimus nempè in primis qualitates medicine generatione carnis, secundo aglutinatiue, tertio consolidatiue, seu cicatrizatiue, quarto, & ultimo quas qualitates debet habere medicina carnis corrosiua, de istis medicinis diffuse loquitur Gal. 3. meth. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. item Auicenna, in 4. fen. 4. tract. primo, cap. 4. & 9. 10. & 11. & 4. primi cap. 28. quæritur igitur in primis quid sit medicina generatiua carnis, & quas qualitates debeat habere, respondeo cum Auicenna quod medicina faciens nasci carnem est illa quæ coagulat sanguinē sanum in carne, sed aliquis iure optimo dubitabit dicens, quod Gal. 3. meth. cap. 3. ubi in curatione ulceris in quo caro regerēda est clare dicit, quod ad carnis generationem duo requiruntur, alterum est membri complexio temperata, quæ est ueluti artifex in generando carnem, & bonus sanguis, tamquam materia conueniens pro carnis generatione, quibus existētibus nullo applicato medicamento caro regenerabitur falsum ergo est quod scribit Auicenna eo loci, quia existente eo quod requiritur ad carnis generationem, membri scilicet complexione, & bono sanguine nemini dubiū, qđ caro generabiť nullo adhibito medicamento & hic scias, quod membri complexio natura membri seu temperamentum, in quatuor qualitatibus primis idem sunt, pro responsione ergo ad hanc dubitationem dicēdum est, quod quando Auicenna dicit, quod medicina faciens nasci carnem est illa, quæ coagulat sanguinē sanum in carne, tunc intelligit, quod talis medicina remouet ea quibus impeditur natura, quo minus caro generari possit quibus remotis natura carnem generat, & proinde non sequilur contradictio inter Gal. & Auicennam quę sint

iſta impedimenta quibus remotis natura generat carnem, dicemus infra, unde pro conciliatione dicimus Auicēnam loqui de medicamento remouente impedimentū, ad quod ſequitur carnis generatio, quæ immediate depēdet à natura, de qua Gal. ſed dicet aliquis contra Gal. 3. meth. cap. allegato clare aſſerit, quod id quod generat carnem eſt natura ſeu cōplexio, ſed id contrariatur Hyppocr. primo, Aphoriſmorum Aphoriſmo 14. ubi ſcribit qui creſcunt plurimū habent calidi innati, ergo plurimo egent alimento, ex his ſequitur clare quod duo præcipue concurrant ad nutritionem, & ad Augumentationem, primum eſt ueluti artifex, & eſt calor innatus, alterum eſt alimentū materia conueniens ſcilicet nō ergo cōplexio mēbri ut Gal. neque hic dicendū quod Hyppocr. loquatur de Augumento, & Gal. de generatione carnis deperdite, & ratio eſt quoniam id quod generat carnem idem eſt cum eo quod auget corpus, ad hoc reſpondeo, quod Gal. intelligit 3. meth. complexionem membri eſſe ueluti artificem in generando carnem, concurrente ſimul & ſemel calore naturali ad huiuſmodi; opus, & hoc intendit Hyppocr. quod ſcilicet complexio membrorū totius corporis concurrat ſimul cū naturali calore, ſeu innato ad ipſius carnis, ut dictum eſt generationem, ſupereſt modo hac explicata controuerſia, uidere quę ſint illa quæ prohibent carnis generationem, quę tollunt à medicinis generantibus carnem, & quæ ſeu qualis uel cuius complexionis eſſe debeat medicina carnis generatiua, pro primi cognitione dico, quod ea quæ prohibent carnis generationem ſunt duo excrementa, quorum unum ſubtile eſt, aliud uerò craſſum, ratio impedimenti eſt, quoniam cum ulcus egeat exiccantibus hæc duo excrementa contra operantur, quia ſubtile humectat, craſſum uerò putrefacit, & prohibet ſanguinem egredi à porroſitatibus à quo caro generanda eſt, ſubtile excrementū inſenſibiliter reſoluitur, & aliquando palam nempè per ſudorem præcipuę ſi quis forti exerci-

zio utatur seu se exerceat, crassum uerò per uniuersum corpus generatur, quod ratione sensata conuincitur exemplo iam dicto, nam si quis induat uestem lineam mundam corpore prius diligenter abluto, & mundato, hinc ad paucos dies uestis illa efficitur immunda, in causa est ut dictum fuit crassum illud excrementum, de his duobus excrementis loquitur Gal. 3. meth. cap. 3. clarius tamen Auicenna in prima fen. primi in cap. de humorum generatione, ubi clare asserit in corpore quatuor fieri cōcoctiones seu digestiones, à quibus omnibus resecantur propria excrementa, de quibus hic sermonem repetere minime grauabor ob rei maximam utilitatem, prima .n. concoctio fit in uentriculo, & ab ea resecatur excremētum fecale, quod per sedem excernitur, secunda fit in iocinore, & resecatur inter alia excrementum urinale seu lotium, quod excernitur per uesicam, tertia fit in uenis, quarta in mēbris à quibus ambabus resecantur excremēta duo iam dicta, nempè subtile, & crassum, quæ ambo perpetuo generantur, in toto corpore, quia & perpetuo nutritur, & ex consequenti in omni ulcere potissimum cauo, proinde de necessitate, ut sepe dictum est & ab authore in omni ulcere cauo semper indigemus exiccatione & abstersione, exiccatione respectu humiditatis seu excrementi subtilis, & abstersione respectu excremēti crassi ad hoc ergo, quod fiat uel generetur caro oportet hęc duo remouere, quod exiccantibus, & abstergentibus fieri debet ea propter dictum fuit, quod omnis medicina carnis generatiua debet esse sicca, & abstersiua, nunc uidere oportet in quo gradu debet esse exiccatiua, cum medicinarū gradus sit quatruplex, ut scribit Gal. in 5. de simpl. med. facul. cap. ultimo, ad istud quęsitum respondeo cum Gal. 3. meth. cap. 3. quod medicina carnis generatiua debet esse sicca in primo gradu, sed statim diceret aliquis contra si ulcus in quo caro regeneranda est multiplex esse potest, quomodo ex eodem medicamēto poterit curari, nam si illud pro maiori

decla-

declaratione fuerit cum paucis superfluitatibus, seu cum pauca humiditate, uel cũ pauco excremento subtili, ad eius exiccationem sufficit medicina mediocriter, uel parum sicca, si uerò fuerit cum multa humiditate, ut dictũ est requiritur tunc medicina magis sicca, si sic ergo illud non est uerũ in uniuersum, quod scilicet medicina carnis generatiua debet esse sicca, in primo gradu, ob rationẽ iã adductã & quidem iudicio meo satis euidentem, nam in ulcere parum humido indigemus medicina parum sicca, è contra uerò in ulcere magis humido indigemus medicina magis sicca propterea in locis supralegatis, & præcipue in 3. libro cap. 9. scribit, quod medicina carnis generatiua non solum debet habere respectum ad ipsum ulcus, sed etiam ad membri ulcerati cõplexionem, addo pro rei maiori confirmatione eiusdem Gal. doctrinam, nam habet ipse, quod ratione ulceris quatenus est humidum ob præsentiã illius excrementi subtilis debet esse sicca, ut morbo sit contraria, ulceri scilicet, ratione deinde complexionis membri tũc medicina debet esse similis cõplexioni ipsius membri, ut per eam illud possit conseruari, ex qua authoritate clare sequitur, quod si ulcus fuerit in membro, aut corpore sicco, non solum debet esse medicina generatiua carnis sicca in primo gradu, sed & in secundo, & tertio, quoniam ut iam dictum est oportet habere respectum ad ulcus, quatenus cõtrarijs destruitur, & curari debet, & ad ipsum corpus, aut membrum siccum, quod ut conseruetur suo simili eget medicina temperamento sicca, hinc sequitur, quod medicina generatiua carnis nõ semper debet esse sicca in primo gradu, sed quandoq; in secũdo & in tertio, gradu ea propter pro huius confirmatione Gal. 3. meth. cap. sepius allegato tertio, scilicet cõnumerat inter medicinas generatiuas carnis farinam orobi ireos, aristolochiam plantã panacis, quæ sunt sicca in 2. & in 3. gradu non ergo semper medicina generatiua carnis debet esse sicca

in primo gradu, & quod magis eſt ſequitur quod Gal. ſibi ipſi ſit contrarius, qui in eodem tertio libro capitulo tertio, dicit quod medicina generatiua carnis debet eſſe ſicca in primo gradu, deinde connumerat inter medicinas generatiuas carnis, ireos ariſtolochiam, & reliqua, quæ ſunt ſicca in tertio gradu, iſtis tamen non obſtantibus dico uerum eſſe, quod medicina carnis generatiua debet eſſe ſicca in primo gradu, ut ſcribit Auicenna loco citato, ratio eſt & hæc eſt doctrina Galeni, quia medicina ſicca in primo gradu, ut ſcribit ipſe 5. de med. ſimpl. facult. cap. ſupraſcripto dicitur eſſe calida, aut frigida, aut humida, aut ſicca in eo primo gradu, quando ſuam efficit operationem inſenſibilem, in ſecundo uerò gradu, quando efficit ſuam operationem ſenſibilem, ſed non nocet, in tertio tandem gradu, quando operationem ſuam efficit ſenſibilem, & cum hoc aliqualiter nocet, in quarto & ultimo gradu, quando corrumpit, & mortificat, unde ſi debet medicina carnem generare, uel remouere impedimēta ad hoc quod poſſit à natura id fieri, oportet ut nullum ſequatur nocumentū, ea propter conueniens eſt illa medicina, quę ſolum in primo gradu ſicca eſt, quibus ſic ſtantibus, dico quod Galenus recte ſcribit cum dicit, qđ medicina carnis generatiua debet eſſe ſicca in primo gradu, quia primus gradus ſiccitatis efficit ſuam operationem inſenſibilem, qua de re ſufficit ad exiccādam humiditatem de neceſſitate genitam in ulcere prohibentem carnis generationem, quod ſi ultra ſiccitatem in primo gradu exceſſerit non ſolum humiditatem de neceſſitate genitam in ipſo ulcere, ſed etiam ſanguinem exiccabit à quo generari debet caro, & proinde Auicenna recte ſcribit pro huius doctrinæ confirmatione, quod ſiccitas medicine carnis generatiue debet eſſe uſque ad terminum, ideſt uſque ad terminum per quem exſicabitur tantum humiditas, quæ prohibet carnis generationem, & hoc eſt quando medicina eſt in primo gradu, idem dicit de abſterſione, quod debet eſſe medicina

abſter-

absterfiua,usque ad terminum primi gradus, per quem abstergat fordiciem repertam in ipfo ulcere, fed hic aliquis diceret neque ex adducta ratione clare colligitur refponfio ad propofitas inftantias, ideo ut res ipfa fit manifefta tantũ fupereft ut refpondeamus ad obiectiones adductas, ad primam ergo quando dicitur, quod quando in ulcere cauo in quo caro generanda eft maior copia humiditatis generatur, tunc maiori exiccatione indigemus, quam in ulcere in quo minor copia humiditatis generatur; refpondeo, quod medicina carnis generatiua non debet adminiftrari in ulcere nifi quando ulcus fuerit optime mundificatũ, & quãdo ulcus eft fic mundificatum fufficit medicina ficca in primo gradu, ad fecundam obiectionem quãdo dicitur, quod in curatione ulceris cuiufcunque habenda eft ratio ulceris & membri atq; corporis, ulceris, ut fuo contrario curetur corporis,& membri ulcerati, ut complexio conferuetur, & proinde cum corpora,& membra aliqua fint ficca, fcicis uti debemus pro cõferuatione ipforum, ex quo fequitur quod hoc in cafu medicina carnis generatiua debet effe magis ficca, quam in primo gradu, refpondeo quod quando dicitur, quod medicina carnis generatiua debet effe ficca in primo gradu, id intelligi debet ratione habita ad ulcus, ut ulcus eft, quod fi habuerit ficcitatem ultra primum gradum, tũc erit ratione conferuationis complexionis corporis,& membri,non ratione ulceris,& ita hoc in cafu conuenit,ut fit ficca in tanta quantitate uel gradu,quanta uel qualis eft ficcitas corporis, aut membri, & proinde Auicenna in quarta, quarti tract. primo, cap.9. afferit fi corpus, & membrum in quo eft ulcus fuerint humida,& ulcus ficcum,ideft paucam habens humiditatem, medicina debet effe parum ficca, & fi corpus, & membrum fuerint ficca, & ulcus humidũ ideft cũ multa fanie,tunc dẽt adminiftrari medicina multũ ficca, quia ratione ulceris indigemus multa ficcitate, & ratione complexionis membri etiã indigemus multa ficcitate pro

conferua-

conſeruatione ipſius complexionis, neque obſtat, quod dictum eſt medicinam in primo gradu ſiccam pro carnis generatione conuenire, quoniam iam dictum fuit illam authoritatem ſolum reſpicere ulcus, ut ulcus eſt, ea uerò, quæ oppoſitum ſentire uidētur non ulcus tātum modo, ſed ulcus ſimul cum complexione membri ulcerati reſpiciunt, ex quibus nullum ſequitur abſurdum, ut clare intuenti patet, nam pro ulcere, uel eius ratione tantū ſicca in primo gradu conueniunt, pro ulcere uerò in membro ſicco conueniunt, quæ habent maiorem exiccationem, ob id medicina debet eſſe, & in ſecundo, & in tertio gradu ſicca iuxta indigentiam, additur ut ſupra notauimus, quod medicina generatiua carnis non debet applicari niſi mundificato ulcere, quo tempore ſupponitur, quod ſolum tanta humiditas generetur, quæ exiccari poſſit cum medicina ſicca in primo gradu, item iam dictū fuit, quod medicina carnis generatiua debet eſſe ſicca in eo gradu in quo eſt ſiccitas membri patientis, & id nihilominus non tollit, quod medicina carnis generatiua nō debeat eſſe ſicca in primo gradu, & hoc ratione habita, ut ſæpe dictum eſt ad ipſum ulcus, ea propter Gal. 3. meth. cap. 9. oſtendit, quod in corporibus humidis, medicina carnis generatiua debet eſſe parum ſicca, quia indigemus tātum ſiccitate ratione ulceris, ut prius dictum fuit, & quia quandoque fit ulcus in corpore humido, & membro ſicco; ideo Galenus oſtendit, qualis eſſe debet medicina carnis generatiua hoc in caſu, & dicit ſi corpus fuerit humidum, & membrum ulceratū ſiccum, tūc quoniam corpus excedit temperamentum in humiditate, & membrum ulceratum excedit temperamentum in ſiccitate, ideo in caſu eo conuenit medicina ſicca temperate ſi corporis humiditas excedit temperamentum ea quantitate, qua membrum ulceratum excedit temperamentum, eadem quantitate qua corporis humiditas excedit temperamentum in ſiccitate, tunc medicina pro conſeruatione complexionis debet eſſe temperata

in ſiccitate intelligit, tamen quod debet eſſe ſicca in primo gradu, ratione habita ad ipſum ulcus, ſi modo ſiccitas membri ulcerati excedit temperamentum humiditatis corporis per unum gradum, aut per duos, tunc medicina carnis generatiua debet eſſe ſicca per unum gradum, aut per duos, pro conſeruatione complexionis, corpora humida ſunt puerorum mulierum eunuchorum, & eorum qui in otio uitam exercent, corpora uerò ſicca ſunt ſenum fabri ferrarij, nautarum, & eorum omnium, qui uitam exercent in fortibus exercitijs, membra humida ſunt carnoſa, ſicca uerò mēbra ſunt articuli partes habentes parum carnis, multa oſſa, cartilagines, ligamenta, aures, & nares, ſupereſt, ut dicamus, qđ abſterſio, uel medicina abſterſiua in carnis generatione debet admoueri ratione habita ad quantitatem, uel gradum ipſius ſorditiei, & proinde ſi ulcus fuerit cum multa ſorditie tunc debet abſterſio eſſe multa, ita ſi pauca, uel mediocris, pauca & mediocris eſſe debet abſterſio, hoc ultra dico, qđ medicina carnis generatiua non ſolum eſſe poteſt ex præ-nominatis, nempè ex thure, farina fabarum, ordei, ireos, ariſtolochia, planta panacis, tutia & reliquis à Galeno connumeratis 3. meth. cap. 3. ſæpius allegato, ſed etiam fieri poteſt ex medicinis corroſiuis, & medicinis humidis, & putrefactiuis, ut idem Galenus ſentit 3. meth. cap. 5, quæ medicinę corroſiuæ ſunt ueluti flos æris erugo ęris & ſimilia, putrefactiua ſunt olea & cera ex quorum mixtione fit ut qualitas corroſiua tollatur per oleum & ceram, & qualitas olei & ceræ putrefaciens tollitur mixtione medicinarum errodentium, quo circa diligenter conſiderandum eſt ſi applicetur medicina carnis generatiua, & ulcus multum humidum fiat, tūc id ex duobus prouenire poteſt, uel quia medicina minus eſt ſicca quam conueniat, uel quia magis eſt talis, & abſtergens quam conueniet, proinde Galenus eodem capite docet cognoſcere, quādo humiditas augetur ratione medicinæ, quæ eſt minus ſicca, quam conueniat, & ratione medicinę magis

ſiccæ, primum quod pẽdet ex medicina minus ſicca cognõſcitur, quia ulcus remanet humidũ, & caro eſt ualde laxa, alterum cognoſcitur quando ulcus redditur cauum, & caro erroditur, & aliquo pacto inflammatur ulcus, tunc enim ſignum eſt quod medicina eſt magis ſicca & abſterſiua, quã conueniat, & proinde uituperat quendam chirurgum, qui curabat ulcus cauum, uidẽs hic ignarus ulcus humidius fieri ob aplicitam medicinam nimis ſiccam, addidit in unguẽto quo curabatur ulcus nõn nihil ex his medicinis, quæ errodunt cumq; ſanies in maiori copia generaretur, propter nimiam corroſionem & ſiccitatem medicamẽti, iterum addebat maiorem quantitatem medicinæ errodentis, & iterũ magis augumentabatur ſanies in ulcere, & huius erroris cã erat quoniam ille inſcius, & ignarus arbitrabatur medicinã eſſe minus ſiccam quam conueniret, & ea de cauſa non exiccari ulcus, & per conſequens non generari carnem, quod tamen totum erat oppoſitum, proinde Galenus eo in loco oſtendit ſigna quibus dignoſcimus, quando ſanies augetur reſpectu medicinæ, quæ eſt minus ſicca, & quando eſt magis ſicca, quam conueniat, ea ſunt, nam quãdo eſt minus ſicca, tunc ulcus eſt humidũ, & caro eſt flaccida, & quando eſt magis ſicca, tunc æger ſentit mordicationem in applicatione eius medicinæ, & ulcus erroditur, & fit magis cauum, arbitror ego quod ex his plures reperiantur mea ſententia, qui ſanantur à uirtute forti exiſtente, quam ratione medicamenti ea propter ne errores multiplicentur Auicen. in 4. 4. tract. 1. cap. 9. uidetur uelle quod bonum ſit ut medicinæ carnis generatiuæ adminiſtrentur ſecuudum plurimum numerum, quia dicit quod fieri poteſt, ut una ex his medicinis à proprietate faciat ad carnis generationem, quod tamen patitur hanc inſtantiam, quoniam aliquis poteſt inſtare in hunc modum ſicuti poteſt eſſe proprietas poteſt etiam eſſe diſproprietas ad hoc reſpondeo, quod non propter hoc tollitur, quin dictum Auicennæ, ſit uerum & obſeruandũ, quia

iste medicinę plurime in quibus pōt esse ꝓprietas ad generādam carnē tm̄ quo ad qualitates manifestas cōueniūt, qđ nō cōtingit, qn̄ dr̄, qđ pōt esse disꝓprietas, & si quęrat quid sit proprietas respondeo cum Mesue in principio sui operis dicente, quod unumquodque simplex duplicem habet uirtutem elementalem scilicet, & sideralem, elementalis prouenit ab elementis, & cognoscitur colore, odore, & sapore, & dicitur uirtus uel proprietas manifesta, ut scribit Gal. in 4. de med. simpl. facul. cap. primo, sideralis uerò uirtus prouenit à sideribus, seu à signis cęlestibus, & hæc uirtus non cognoscitur nisi experimento, & exēplificat Messue de reubarbaro, & dicit quod reubarbarum purgat coleram non quia calidum, sed quia tale non quia frigidum, sed quia tale non quia siccum, sed quia tale non quia humidū, sed quia tale, & hæc uirtus non cognoscitur nisi experimento, & proinde dicitur proprietas occulta.

VIDI VIDII.

MYRRHA item stacte, aut certè quàm optima benè conteritur, diluiturque ex eodem uino, quod paulatim instillatur, dein per se in uino incoquitur atq; agitatur, ubi ad iustam crassitudinem peruenisse uideatur, in succum uuæ acerbæ conijcitur, & nitrum quàm optimū frictum paulatim cum medicamento miscetur, tū floris ęris minor modus quàm nitri, quæ ubi inter se mixta fuerint, nō minus quàm triduum feruere oportet sub ficulneis lignis, quo minus urantur, uel ad prunas, ne frigantur: cuncta autem hæc, quæ adijciuntur, aquæ sint expertia, quūque mixtura hæc illinitur, ulcera ne madefiant. Eâ autem utitor tam ad diuturna ulcera, quàm ad recentia: prætereà ad cutem, quæ glandem tegit, ad ulcera capitis atque auris.

CALVI.

QVIN & myrrham stillatitiam, stactemuè quàm optimam tritam eodem uino sensim iniecto miscendo coquito, cum autem crassa satis esse uideatur, in uuæ non maturæ, omphacosue succum mittito, nitrumque quam optimum, tostum, tritumque sensim cum hoc medicamento misceto, flosque æris minus quàm nitrum, quæ omnia cum miscueris, non minus, quàm tres dies lignis ficulneis, non multis, uel pruna, carbonibusue cauendo ne torreatur, coquito, cunctaq; hęc non liquida, sine aquaue commisceantur, & conijciantur, cumque hoc medicamento delinias, unguasue, uulnera eo ne tangito, quo & ad uetusta, & noua, recentiaue, & capitis, & aurium uulnera, & ossa, & præputium utitor.

IN hac parte Hyppocrates medicamentum *scribit*, quod ulceribus, tam recentibus, quàm antiquis conuenit, in quibus indigemus multa exiccatione sicuti sunt uulnera capitis auris atque cutis, quæ glandem tegit, quæ præputium appellatur quibus in locis, ut diximus in præcedentibus requiritur medicina multum sicca ratione habita ad membri complexionem; quæ sicca est, in quod medicamentum ingreditur myrrha, quæ nostris temporibus non reperitur si conferratur id quo pro myrrha pharmacopolæ nostris temporibus utuntur cum myrrha descripta à dioscoride, quoniam & inter alia scribit Dioscorides, quod myrrha est odorata bono odore caret illud, quod pro myrrha pharmacopolæ tenent, quam opinionem per optimè animaduersus est, & tenuit Basauolus Ferrariensis, crediderim ego loco myrrhæ posse nos uti aloe, nitrum frictum, non habemus, loco cuius solent uti pharmacopolæ sale nitro, quod antiquis parietibus adderret, & in illis reperitur aliqui solent salni-

trum

trum pro nitro accipere, quod multum ab est à nitro, uti autem salenitro non ab re arbitror cum appropinquet salnitrum nitro facultate sua. Flos æris aliud est à uiride æris, ut constat authoritate Dioscoridis.

VIDI VIDII.

MEDICAMENTVM aliud ad eadem ulcera, habet fel bubulum aridum, mel quàm optimum, uinum album in quo loti ramenta inferbuerint, thuris, myrrhæ, croci, floris æris, singulorum pondera paria, ex liquidis maxima portio sit uini, deinde mellls, minima uerò fellis. Aliud, uinum accipit, mellis cedrini paulum: & ex aridis, florem æris, myrrham, malicorium siccum. Aliud, floris æris dimidium, myrrhæ duabus partibus amplius, croci tantùm, ut myrrhæ triplum sit, cum exigua mellis portione ex uino incoquuntur. Aliud, thuris pars una, gallæ tantundem, croci partes tres, unumquodque aridũ per se contunditur, dein miscentur atque in sole admodum ardente per tres dies teruntur, &, donec glutinosa fiant, uuæ acerbæ succus instillatur: dein ex uino austero, nigro, odorato paulatim perfusa madefiunt.

CALVI.

VEL fel bubulum siccum, mel quam optimum, uinum album, loti ramẽta, thus, myrra pari modo croci, florisque æris tantundem simul coquito, liquida remaneto, primo loco uini plusculum ponito, secundo mel, tertio fellis pusillum, uel uinum, mel, cedrion parum sicca, flos æris, myrrha, malicorium siccum, uel floris æris tosti dimidium, myrrhæ duplex, croci dimidium, melis paulum, cum uino hæc coquantur, uel thuris, myrrhæ, gallæ parem modũ sumito, croci triplicem, sicca horum teuuissime terito, deinde

de commiſceto,ſub ſoleque calidiſſimo tres dies conterito, ſuccum uuæ non maturæ paulatim ſuperfundendo, donec uiſci tenacitas fiat. Poſtea uinum aſperum, nigrum, boni odoris paulatim ſuperſpargito,miſceto,madefacitoque,uel uino albo dulci.

IN hac parte Hyppocrates oſtendit aliud medicamentũ, quod non eſt in uſu, cuius facultates à ſimplieibus ingre dientibus ſumuntur ex quibus reſultat multa exiccatio atque abſterſio, ſimul atque ſtipticitas cum notabili caliditate, inter alia ſcribit loti ramenta incocta in uino albo communiter ſumi ſolent loti ramẽta pro raſura arboris alicuius conducentis ad propoſitum, in hac parte Hyppocr. intendit hæc ramenta eſſe, & ſicca, & ſtiptica, & proinde raſura arboris granati incocta in uino albo erunt rationi conſona flos æris non reperitur apud pharmacopolas uendunt enim uiridæ æs pro floræ æris, quod multum à ueritate abeſt,quia eſt æs ipſum, quod inſtillat à canali dum liquefactũ colatur Dioſcoride teſte,& exiccat multumque abſtergit & adſtringit,myrrham non habemus,ut diximus. Hac in parte Vidus Vidius eſt allucinatus uolens id medicamentũ ualere in aglutinandis uulneribus atq; conſolidandis ſeu cicatrizandis, quia ut diximus in præcedenti de mente Galeni, & Auicennæ,quę reſpiciunt abſtergentia in ulceribus aglutinandis atque cicatrizandis, quæ abſterſio in hoc medicamenta nou eſt exigua.

VIDI VIDII.

ALIVD,Radices ilicis ex uino dulci odorato inferuent, atq; ubi rectè habere uidentur, uinũ transfunditur, cuius duæ partes ſumũtur cũ unâ amurcę, quàm maximè aquæ expertis. Hæc deinde ſub leniore igne,ne urantur, incoquuntur, mouenturque, dum ad iuſtam craſſitudinem

dinem peruenerint. Aliud, Reliqua sunt eadem, sed pro uino sumitur acetum album, quàm acerrimum, in quod conijcitur lana admodum succida, tum amurca infunditur, misceturque succus caprifici, alumen melinum, nitrum, flos æris; utrunque autem ustum adhibendum. Medicamentum hoc ad purganda ulcera præstantius est, quàm quod proximè positum est, quamuis id non minorem siccandi uim habeat.

CALVI.

RADICES ilicis coquito, cũ uero recte habere uideatur, duas uini partes abijcito, partemq; unã olei amurcæ, quã aquosissime inijcito, deinde leni igniculo coquito continenter miscendo, ne exuratur, donec satis crassum esse uideatur, uel cætera quidem eadem esto, sed uini loco, quam acerrimum acetum album, quo sordissima, succidissimaue lana lota sit. Deinde amurcam, caprifici lac, Melinum alumen, nitrum, florem æris utrumque tostum misceto, quod uulnera priore magis purgat, sed prius siccat non minus.

ALiud scribit medicamentum Hyppocr. constans diuersis simplicibus, diuersisque facultatibus, nempè exiccatiua, abstersiua, concoctiua, & stiptica: quod medicamentum non est in usu. Hyppoctates in hac parte scribit medicamentum, cuius simplicia sunt satis nota. Caprificij succus, alumen nitrum, flos æris tamen non sunt ita nota. Caprificij succus est succus feci syluestris, cuius fructus non maturescunt. Alumen melinum, nomen ducit à regione. Nitro caremus, loco eius uti possumus salmitro, quod à parietibus antiquis muri colligitur, aut sale, quia in facultate parum differunt. Nitrum salnitrum nostrum, & sal, falluntur, qui flore uiride æris utuntur pro flore æris teste Dioscoride in cap. de flore æris.

VIDI VIDII.

ALIVD, lana in minimâ aquæ portione iaceat, cui deinde tertia pars uini adijciatur, incoquanturque donec iustam crassitudinem habeant, sub hoc celerrimè recentia ulcera suppurant, sed hæc uetabunt.

CALVI.

VEL lana succida modica aqua perluta, deinde uini tertiam partem conijcito, donecq; satis crassum sit, coquito. Quam primum recentia uulnera his pus creabunt.

HAC in parte Hyppocrates scribit medicamentum, quod facit ad puris concoctionem: ideo ualet ulceribus contusis, & ulceribus, quę sanari non possunt nisi in eis fiat sanies, & quia ut sentio. In hac parte Hyppocrates, adeo est clarus, ut non egeat explicatione hinc pertranseo.

VIDI VIDII.

ALIVD inspergatur arum siccum, & cortex uiridis ficus cum succo ex uino tritus illinatur, uel sine uino hîc per se cum melle.

CALVI.

SICCVM aron super spargito, uel corticem uiridem tritum cum fici lacte in uinum spargito, uel sine uino cum melle misceto.

CVm hoc medicamentum non sit in usu transeundum est; in id tamen ingreditur aron, de quo Gal. in 6. de simpl. med. facul. quod calefacit, & siccat in primo ordine.

VIDI VIDII.

ALIVD, loti ramenta ex aceto albo incoquito, in qđ amurcam deinde conijcito, & serum picis crudum, tum inungito, instillato, ac deuincito, uel aceto abluens, uino madentem spongiam super imponito.

CALVI.

VEL ramenta loti aceto albo coquito, deinde olei amurcam, picis crudam aquam, serumue misceto, sicca hæc spargito, superligato.

CVM simplicia, de quibus Hyppocr. hic scribit, pro parte sint incognita, & pro parte non sint in usu, longum sermonem habere superuacaneum esse iudicaui ad utiliora igitur descendam.

VIDI VIDII.

ALIVD, plumbum contritum cum spodio cyprio tenuissimo inspergatur, tum loti scobes, squama æris, alumen, chalcitis cum ære uel seorsum, & iuncta item cum loti scobe. Alioquin si opus sit aridis, hæc utiliter insperguntur: tum spodium illyricum contritum cum scobe: præterea ipsa scobes per se, flos argenti per se item, quàm tenuissimus: ad hæc aristolochia rasa, & bene contrita.

CALVI.

NAm uulnera recentia pus creare, uel aceto mundato, uel uino spongiato, uel plumbum tritum, cineremq; ciprium superspargito, uel ramenta loti, squamam æris, alumen, petram æris, chalcitimue cum ære, uel solam, uel cum loti ramētis, uel alio modo cum siccis his uti libeat, cinereque illyrico trito cum loti ramentis, solisue ramentis spumaue sola argenti trita, tritamque aristolochiam superspargito.

HYppocr. in hoc text. conficit medicamentum, in quo dicit reponi plumbum contritum per quod ut rationi consonum est, dicerem ipsum intelligere plumbum ustum. Spodium cyprium apud nos, non reperitur; utimur tamen ponpholige loco ipsius. Loti scobes est rasura arboris, quæ (ut arbitror) nostris in regionibus non reperitur. Aliud deinde scribit Hyppocr. quod cruentis uulneribus inijcitur cum dicit.

VIDI VIDII.

MYrrha, thus, galla, ærugo, flos æris ustus, alumen Aegyptium ustum, ænanthe, æsipus, plumbi recrementum, singula pari pondere mixta ex uino diluuntur. Alius effectus per eadem. Acetū album quàm acerrimum, mel, alumen Aegyptium, nitrum quàm optimū leuiter frictum, fellis paulum simul incoquito. Hoc medicametum carnem supercrescentem detrahit, cauàtque sine morsu. Aliud, Herba quæ minuta folia habet, cui nomen est partheniū minuti folij, quæ cutis glandem tegentis thymia aufert: tum alumen chalcitis, & melias cruda, elateriū contritum aridum inspergitur, & malicorium contritum similiter aridum.

CALVI.

VEL myrrha, thus, galla, flos, & ærugo æris tosta, alumen ægyptium tostum, flos uitium, œnantheue, lana succida tosta, plumbago, singulorum horum par modus esto, subactio cum uino sicuti priora. Confectio alia est per eadem, quam acerrimum acetum album, mel, alumen Aegyptium, nitrum quam optimum, leniter tostum, fellis pusillum simul coquito. Superuacuam carnem hoc erodit, purgat, cauat, nec uellicat, mordetue. Quædam etiã herba est pusillis folijs, cui nomen est parthenion, quæ de præputio pustulas, thymiaue deducit, uel alumen, chalcitis, melias cruda, tenue elaterium siccum, malicorium siccum tritum similiter.

IN hac parte Hyppocrates, ut habet Vidus Vidius scribit, medicamentum faciens ad uulneris aglutinationem, quamuis mea sententia potius faciat ad erosionem superfluæ carnis: quia flore æris, erugine æris constat, in quibus est facultas abstersiua, quæ aduersatur aglutinationi, quod etiam confirmatur per authorem in text. ut uides.

VIDI VIDII.

MAXIME implet ulcera caua, ubi pura sunt, herba, cui nomen est lagopyros: est autem, quùm inarescit, furfuri similis, folia habet instar oleæ, sed longiora: & marrubij folium cũ oleo. Aliud. Fici siccæ pars interior pinguis mellisq; similis quàm maximè arida, aquæ partes duæ, lini seminis non admodum tosti ac bene contriti pars una.

CALVI.

MAxime uerò caua complet, purgatque herba, cui nomen est leporis triticum, lagopyrosue, similis est cum arescit tritici aristis, folia habet oleæ similia, sed lōgiora, & marubij folia, cum oleo, uel caricæ quam siccissimæ, pars interior pinguior, melli similis. Duæ partes liui seminis leniter tosti, & triti, pars una cum aqua ferueto, & emplastrato.

MVlta dici possunt in expositione huius text. quę potius essent ad temporis contritionem; quàm ad utilitatem. Studiosi enim à seipsis facile quod in tex. scribitur intelligere possunt præter nostram expositionem.

VIDI. VIDII.

ALiuid, Ficus sicca, floris æris cōtriti paulum, fici succus. Tum ficus sicca, chamælon niger, fel bubulum aridum, cętera eadem. Arida uerò nasturtium contritum crudum, irio, pari pondere miscentur; item ficus siccę, partes duę, lini seminis tantundem ex succo ficus. Vbi autem alicuius talis medicamenti usus requiritur, pannus aceto madens superimponitur, dein superiniecta spongia paulo arctius alligatur. Quòd si, quę iuxtà sunt, inflammatione teneantur, illinito quodcunq; opportunū uidebitur.

CALVI.

VEl caricam ęris floris parum tenue, fici lac commisce, & utere, uel caricę pars exterior, chamęleon niger, fel bouis siccum commisceantur, uel cętera quidem eadem sumito, sicca uerò nasturtium, cardamon ue cru

dum tritum irionem, erysimon ue, parem utriusque modũ, uel caricę duas partes sumito, lini seminis duas, lac fici commisceto. Cum aliquo horum medicamentorum usus fuerit linteolum aceto tinctum superponito, spongiamq; insuper & superligato, magisq; paulo stringito, circunstantia uerò si inflammentur, quod conferre uideatur, circumlinito.

ALIVD scribit Hyppocr. medicamentum, in quo continetur chamæleon, quod herba carlina appellatur, cum aliquibus alijs simplicibus diuersarum qualitatum: & quia notabili caliditate constat, asserit pannum aceto madefactum super ipso emplastro seu unguento applicari, qui pannus non solum ualet ad refrigerationem ipsius medicamenti, & ad penetrationem eiusdem, imo etiam ualet in partibus circumuicinis applicitis una cum spongia in ipso aceto cui sit parum aquæ immisceatur magis facit ad curationem inflammationis, & ad prohibendum fluxum humorum, quia sic redditur acetum magis frigidum.

VIDI VIDII.

SI uelis liquido uti, caricum medicamentum iniungito, atque ad eandem rationem, quam prius scriptum est, alligato: componitur autem ex ueratro nigro, sandarachâ, squamâ, plumbo eloto abundè, sulphure, auripigmento, cantharidibus, quibus inter se mixtis, ubicunque opus fuerit, utitor ex cedrino oleo dilutis: dein ubi satis diu illitum medicamentum manserit, summoueto: & arum coctum contusum inijcito, uel aridum contritum ac melle exceptum, at si carico opus sit arido, ab his abstinebis. Proficit autem aridum ex solo ueratro & sandaracha.

Calui.

CALVI.

SI uerò liquido uti uelis, nucinum cariconue pharmacō superlinito, modoq; superius scripto superligato. Licet autem de his medicamentum cōficere, ueratro nigro, sandaracha, squama æris, plūbo deusto cum multo sulfure, auripigmento, arsenicoue, scarabeo, cātharideue, quouis horum confecto, & composito utitor. Subactio autem cedrino oleo, cum uerò satis habere uideatur, abijcito, medicamentoque hoc linito, uel dracunculum, aronue decoctum, tritum, uel siccum, tritumque melle subigito, carico sicco, si usus sit, utitor, cætera autem amoueto, medicamentum hoc superspargito. Siccum etiam ueratro solo, sandarachaque conficito.

MEDICAMENTVM scribit Hyppocrates, quod facit ad carnis errosionem. Varijs simplicibus constans apud nos non multum in usu ideo sic sine expositione stet.

VIDI VIDII.

ALIVD liquidum, herba cuius folia, ari naturam habent, sed alba sunt ac lanugine obducta, & magnitudinem ęquant foliorum hederę. Hęc inquā herba ex uino illinitur, aut quod trunco ilicis inheret, ex uino conterritur atque imponitur.

CALVI.

LIQVIDVM uerò hoc. Quædam herba est, cuius folia dracunlo, aro ue, natura similia sunt; sed alba, lanuginosa, hederę magnitudine, quę trita cum nino superlinitur, uel quod circa ilicis caudicem est, tritum cum uino superemplastrato.

Aliud

ALIVD scribit Hyppocr. medicamentum, quod liquidum appellat, constans quibusdam simplicibus, quorum facultates notę sunt. Iccirco expositione non eget.

VIDI VIDII.

ALIVD, succus uuę acerbę, acetum quàm acerrimum, flos ęris, nitrum, succus caprifici. In succnm uerò uuę acerbę alumen quoque conijcito benè contritum, & in uase ex rubro ęre in sole dimoueto, atque ubi satis habere crassitudinis iudices, demito.

CALVI.

VEL succum uuę non maturę, quàm acerrimum acetum, ęris florem, nitron, caprifici lac in uas rubri ęris dato, sub sole continenter agitato, deinde cum uidebitur crassitudine belle habere, de sole tollito.

COnstat medicamẽtum de quo hic scribitur simplicibus facultatem exiccantem, & astringentem habentibus. Ex quo laudandum est cum maxime in uulneribus, quę cõtinuo exiccantibus egent conueniat.

VIDI VIDII.

ARIDA hęc exedunt. Veratrum nigrum, quàm optimè tritũ spergitur, donec humidi aliquid se ostendat atque exesi: uincitur autem eodem modo, quo emplastra. Aliud simile, salis grana, quàm siccissima paris magnitudinis, non uasta in ollam uel ęneam, uel fictilem nouam conijciuntur, & super salem mellis, quàm optimi tantum infunditur, quantum coniectes esse duplum salis. post hęc olla super prunas imponitur, contincturque, dum totũ

id

id uratur: tum ulcere prius spongia deterso ac purgato, ut supra ostensum est, alligatur ac paulo etiam arctius, postridie qua non uideatur admissum medicamentum inspergitur, compressumque deuincitur: ubi subtrahere id uolueris, calido aceto perfundito, donec abducatur, ac rursus eadem facito, si opus est, spongia detergens.

CALVI.

MEDICAMENTA sicca, quæ cõglutinant, hęc sunt. Veratrum nigrum quam tenuissimum superspargito, donec humidi quid inherit, similique modo superligato, quo & in emplastrationibus, uel salis grana quã siccissima in ollulam æneam, uel fictilem nouam mittito, paria maxime magnitudine, nec nimis magna, mel optimum duplo magis, quam sal, coniectura quadam, uisuq; metitũ, deinde super carbones ollulam ponito, dumque omnia cõburantur, sinito. Postea uulnus spongiato, purgatoq; optime, quidq; huius superspargito superligatoq; sicuti prius, pauloq; magis stringito, postridie uerò cum medicamentũ non acceperit, hoc superspargito, pręmitoq; & superligato. Cum autem uelis hoc medicamẽtum amouere, calido aceto madefacito, donec abscedat, ac rursus eadem facito, spõgiando, si usus sit.

VIDI VIDII.

TAmetsi in superioribus scripserit author aliqua medicamenta erodentia hac tamen in parte, aliud scribit, maioris eficatiæ ut medicamentorum usus sit magis abundans iuxta indigentiam & locorum diuersitatem.

VIDI VIDII.

ALiud aridum mordens ad humida ac putria, inspergatur mysi in tenuissimum pollinem redactum, uel flos æris non ex toto contritus. Aliud aridum similiter

mordens

mordens, ulcere per ſpongiam deterſo lanâ admodum ſuccidâ in teſtâ utitor, tedâ admotâ dum, tota comburatur, hęc benè contrita reſpergatur, atque eâdem ratione alligetur. Aliud aridum ad eadem ulcera: chamæleon niger, alumen ex ſucco ficus dilutum: dilui autem debet uſtum, & cum anchuſâ miſceri, inſpergatur item anagallis, alumen Aegyptium, orchomenium.

CALVI.

SIccvm, & abrodens hoc eſt, lanam ſuccidiſſimam ſuper teſtam tædula perurito totam penitus, tritumque hoc ſuperſpargito, ſimilique modo deligato, uel myſin, quam maxime tritum ſuper huda, & marcida ſpargito, florem quæ æris non admodum tritum, uel chamæleonta nigrum, peruſtum, alumen fici lacte madefactum, anchuſanq; miſceto, uel anagallida, combuſtumque alumen Aegyptiũ, uel orchomenion ſuperſpargito,

SCribit Hyppocrates aliud medicamentum ad humida, & putria ulcera quod aridum & mordens eſt, & in hoc ingreditur myſi: quod apud nos minime datur quo circa ſciẽdum eſt quod myſi, ſorij, chalcitis, & uitriolum, omnia ſunt medicamenta mineralia, quæ apud nos numquam reperiuntur niſi rarò: excepto uitriolo, & ideo loco eorum, quæ non inueniuntur utimur uitreolo uſto; anagallis communiter accipitur pro herba, quam uulgus pauarinam ſeu pauaratiã appellat: quod tamen à ratione diſtat, & alienum eſt, quando quidem Gal. 6. de ſimpl. med. facult. aſſerat hanc herbam quæ anagallis dicitur eſſe ſiccam extergentem calidamque experientia deinde docet hanc alteram herbam, quæ uulgo pauarina appellatur eſſe maturatiuam, & per conſequens humidum ex quo ſequitur, quòd maxime abſurdum ſit dicere hanc ipſam, quæ maturatiua eſt, ut experientia com-

probatur esse annagalidem, quæ ut dictum fuit contrarij est temperamenti.

VIDI VIDII.

AD ulcera, quæ exeduntur: alumen & Aegyptium ustum & mellinum: sed ante nitrum ustum infricetur, & spongiâ detergatur. tum chalcitis, alumen ustum: uratur autem, dum candens fiat.

CALVI.

SERPENTIA autem ulcera, nomasue hæc sistunt, combustum alumē Aegyptium, uel melinum, sed prius nitro tosto nitrato, spongiatoque, chalcitisq; & combustum alumen comburantur, dum in cadentem carbonem redigantur.

MEDICAMENTVM hoc multum exiccat, abstergit, & carnem minuit, ideo uulneribus non solum in quibus caro est addita, sed etiam ad ulcera exedentia et phagedenas, quæ sunt ulcera non modò cutem, sed etiam carnem erodentia maxime conueniens est cum ulcera hisce medicamentis egeant quæ & exiccant & abstergunt, & carnem minuunt ualde.

VIDI VIDII.

AD ulcera diutina, in priori parte cruris, quæ sanguine suffunduntur, & nigrescunt, flos sertulæ campanæ conteritur, & melle exceptus illinitur.

CALVI.

QVAE uulnera uetusta, præcisosque neruos sanent, tibiarumque ulcera cruenta, rubra, nigra ue sanata, cum remanent meliloti florem tritum melle subigito, & superlinito.

VErisimile est, medicamentum positum in hac parte ab Hyppocr. conuenire ulceribus diutunis crurium cum quibus est calositas, ut clare ex natura ipsius colligitur nam melilotus seu sertula cāpana facultatem habet emolientē.

VIDI VIDII.

AD neruos præcisos alligare oportet agrestis myrti radicem contusam, & per cribrum traiectam, oleo respersam, uel herbam quinque folium album, ac lanugine obductum, quod magis procerum est, quàm nigrū quinquefolium, conteritur hoc, atque oleo dilutum alligatur, ac tertio die resoluitur.

CALVI.

NERVOS uerò præcisos sanat myrti siluestris radix concisa, contritaque, oleoque subacta, superligataque, quinque folium album herba lanuginosum, qđ altius à terra tollitur, quam nigrum, quod inquam contritum, oleoque subactum superponito, ligatoque, tertio die soluito, nam remollitos inuenies.

MEdicamentum ad neruos præcisos scribit Hyppocr. quod pace tanti uiri nunc pertranseundum esse arbitror multa enim & paratu facilia medicamenta ad præcisos neruos reperiuntur nostris temporibus, & etiam scripta à Galeno, ut apparet in lib. 3. de usu med. secundum genera, & 6. meth. cap. 2. & ab Auic. 4. quarti tract. quarto, magis opportuna.

VIDI VIDII.

MEDICAMENTA lenia, quæ & decoras cicatrices inducunt, hyeme autem magis admouenda sunt quàm æstate, scillæ interior pars glutinosa contunditur: aut picea cum adipe suillâ recenti, olei paululum, resinæ similiter ac cerussæ: tum adeps anserina, & suilla recēs, scillæ atque olei exigua pars. Cera quàm albissima: adeps recens curata. Aut scilla, oleum album, & resinæ paululū. Cera, adeps suilla recens ac uetus, oleum, ærugo æris, scilla & resina: accipiatur autem dimidio minùs recentis adipis, quàm uetustæ: aliorum uerò quantum opportunum uidebitur. Adeps recens liquari debet, & in alteram ollam trāsmitti, cui adijciendum est, plumbi recremētum diligenter contritum, & per cribrum traiectum. Ferueat autem ac primò dimoueatur: tum usque eò incoquatur, dum extracta inde gutta indurescat: dein remotâ ollâ omnia transfundātur præter id, quod subsidet in speciem lapidis, quod resinâ adiectâ dimouendum est, & ubi detrahitur ab igne cum exigua cedrini olei parte miscendum. Cuncta autē lenia, quæ resinam accipiunt, necesse est, quùm ab igne recipiuntur, dū adhuc calida sunt, adiunctâ resinâ agitentur. Aliud, adeps suilla uetus cera, atque oleum: arida uerò, loti scobis partes duæ, thuris pars una, tantundē adipis recentis. Aliud, adeps suilla uetusta duntaxat, & cum hac caprina recens, quæ exēptis membranulis curetur, & in minimas partes teratur, uel

benè contundatur. Infundi item debet oleum & plumbi recrementum inspergi cum dimidio minori portione loti scobis. Aliud, adeps caprina, spodium, chalcitis, cyaneus, oleum.

CALVI.

MEDICAMENTA, pharmacaue, quæ molliunt, cicatricesque honestiores & pulcras reddunt. Scillæ partem interiorem mucosam conterito, picemque peucenue cum suillo pingui recenti, modicum olei, resinæ, cerussæque superiacito, uel pingue anseris, scillam, olei paulum, ceram candidissimam commisceto, uel suillum pingue recens purgatum, scillam, oleum album resinæ paulum ceram, uel suis pingue recens, uetustumque oleum, ærugi-nem, iosue, scillam, resinam, pinguis autem uetusti dnæ portiones, recentis una sunto, cæterarum autem rerum, quantum uideatur pro tempore, & re satis esse, uel pingue suillũ recens liquefacito, deinde in alteram ollulam transfundito, plumbaginisq; molibdænes ue tenuissimæ tritę, percribratęq; quod commisceto, coquito, & agitato, donec quid in terram deiectum cogatur, postea de igne tollito, totumq; percolato præter lapideum sedimentum, deinde resinam supmittito, & remisceto, cedrinũq; oleũ pauculum depuratum misceto, cunctis medicamentis mollientibus, mollibus ue, siue liquidis, quibus resinam commisces, sublato ab igne medicamento, & adhuc calido, eam superiacito, & remisceto, uel suis uetus, & recens pingue, cera, oleum, sicca uero loti ramenta, thus, plumbago, thuris autem portio una esto, plumbaginis una, ramenti una, pinguis uetusti duę, recentis una, cere una, uel solum pingue suillum uetustum, cumque hoc caprę recens pingue quam pusillum cum tunica, membrana ue sua sensim uellicatum, purgatum, tusum, uel tenuissime concisum, oleumq; aspergito, & plumbum cum ci-

nere,

nere, spodoue spargito, loti; ramentorum dimidium, uel capræ pingue, cinis, spodós ue, chalcitis cyanea, lapisue æris ueneti, & cærulei coloris.

VT pluribus alijs in locis constat Hyppocr. sepenumero non solum curat seu rationem habet pristinam sanitatem recuperandi, uerum et simul habet rationem pulchritudinis inducendæ in cicatricibus post ulcerum consolidationem: & proinde hac in parte scribit medicamenta, quæ faciunt post iam dictam consolidationem ad pulchrificandas cicatrices: interquæ aliqua simplicia sunt, quæ apud nos non reperiuntur.

VIDI VIDII.

ILICIS radices teneras incoquito, quarum corticem, si maxime crassus sit, & uiridis, in minutas partes incidito, ac uinũ album infundito, dein ad lenem ignem incoquito, dum satis habere crassitudinis uideatur, ut illini possit: licet autem eodẽ modo aquam infundere. Aliud, quod non mordet. Vetus adeps suilla per se supra liquetur per radicem scillæ diuisam, superiniectam, atque alligatam, postridie locus madefiat. Adeps suilla uetus liquetur; misceaturque cum cerâ, oleo, thure, loti scobe, ac rubricâ, atque ea mixtura inungatur, utiliter etiam alligantur ari folia imposita ex uino atque oleo decocta. Aliud, postquàm recenti adipe suillâ inunxeris asphodeli radices ex uino contritas mollitasque, illinito. Aliud, suillam adipem uetustã cum resina ac bitumine misceto, & linteolo excipito, tum igne calefaciens inducito ac deuincito.

CALVI I.

QVAE ad ambusta faciunt, hæc sunt, tenellas ilicis radices coquito, lilij ue, quarum cortex, si crassus, & luteus

luteus sit, frustillatim concidito, uinumq; album superfundito, leniq; igniculo coquito, dum satis crassum uideatur esse, quo liniatur, quod & aqua similiter coquere potes. Medicamentum uerò hoc non lancinat, uellicat ue, suis pingui solo uetusto subunguito, uel superne, cum scillæ radice diuisa, discisa ue liquefacito, superponito, deligato, postridie foueto, uel pingue suis uetus liquefacito, ceram, oleum, thus, loti ramenta, terram burram sinopicam, minium ue, siue milton dracunculi radicem, ariue uino coctam commisceto, superponito, deligato, uel cum adipe suillo uetusto, radices uirgæ regiæ, asphodeli ue uino percoctas, & tritas misceto, perungito, uel pingue suis uetustum, liquefactum, cum resina, bitumine, asphalto ue misceto, linteumq; eo delinito, igne calefactum superponito, & deligato.

CVm ulcera interdũ fiant ab ustione ignis, aut aquæ, seu olei, & ea de causa talia ulcera diuersam acquirant naturã ab alijs ulceribus quandoquidem semper iuncta sint cũ mala complexione calida: iure optimo cum egeant & diuersis remedijs Hyppocr. medicamenta hic scribit ad hæc ulcera maxime oportuna.

VIDI VIDII.

VBI uulcus in dorso, siue ex ictu, siue alioquin oriatur scillam coquere oportet, & contritam ac linteolo illitam deuincire: dein caprinam adipem & suillam recentem, spodium, oleum, ac thus inungere.

CALVI.

CVM autem in tergo, plaga, ictu ue, uel alias uulnus fit, scilla cocta, trita, linteum linito, superponito, & deligato, postridie uerò capræ, & suis pingue recens cinis, spodos ue, thus, oleum superliniatur,

Hac

HAc in parte Hyppocr. notat ac scribit medicamenta, quæ neruosis locis conuenire uidentur, quæ ob tanti uiri authoritatem omnino non uitupero: magis tamen laudo medicamenta quæ sunt scripta a Gal. 3. de comp. med. secundum genera & a paulo in 6. libr. ubi ait & tractat de uulneribus neruorum & ab Auicenna 4. part. tract. 4. cap. de cura uulnerum neruorum.

VIDI VIDII.

PEDVM tumores siue sponte, siue alioquin oriantur, si & ipsi & inflammatio nihil sub cataplasmate desidedāt, tum ubi super parte sanâ spongiam, aut lanam, aut quid aliud deuinxeris, si tumor atq; inflammatio reuertatur, a uenis prouenit, quæ sanguinem fundunt, ubi collisum in causâ non sit eadem ratio est, quum id quâuis aliâ parte corporis accidit,

CALVI.

TVMORES in pedibus, qui sponte sua, uel non sponte fiunt, tumoresq; cum inflammatione medicamentis, emplastrisue nihil cedunt, si quis spongiam, uel lanā uel quid aliud super locum sanū liget, uenas ue fluentes, & plenas, si postea tumescat, uel inflammetur, sanguis est causa, cui fractio causa non est, quauis alia corporis parte hoc fiat, eadem ratio, & causa est.

TAngit Hyppocrates, ut clare litera hic docet curationē tumorum pedum, & eorundem inflammationum, & id non simpliciter, uerum simul cum tumoribus, & inflammationibus in pede aut crure adesse ulcus intelligit: quapropter sanari non potest tale ulcus inquit nisi tumor prçter naturam simul cum inflammatione prius curatus sit. Per tumorem

morem præter naturam intelligo tumorem pituitosum. Per inflammationem flegmonem quæ fit a sanguine aut a cholera, quæ amplius phlegmon proprie nequaquam dicitur, uel ab ambobus humoribus.

VIDI VIDII.

SED mittere sanguinem oportet potissimum ex uenis, unde profluit, si conspicuę sint: alioquin scalpello tumor altè exasperandus est, ac plurimis locis: id, quod agendum est, quodcunque aliud scalpello exasperetur, debet autem ferramentum, quam acutissimum esse, ac tenuissimum. Detracto sanguine per specillum comprimito, leniter tamen ne locus collidatur: tum acri aceto perfundito, ne in partibus scalpello exasperatis, concreti sanguinis aliquid relinquatur, inijcitoque medicamentum, quod cruentis uulneribus accommodetur, superque lanam mollem ac benè carptam deuinciens, uino atque oleo respergens. Sublimis autem habendus est locus, qui expertus scalpellum fuit, ac minimè deuexus: neque ullo modo madefaciendus est. Ad hæc, inediam imperare conuenit, & aquam potui præstare. Vinculo resoluto, si locus inflammatione teneatur, cataplasma imponendum est ex uitice ac lini semine. Sed si exulceratus sit, & fistulas contraxerit, figuram intueri debes, dein cætera, ut res postulat curare.

CALVI.

QVARE sanguem mittito, de uenis illis pręserım quę illuc defluunt, si pateant, si minus, tumores altius crebriusque scarificato, & cruentato, quicquidq; pertundis, & aperis scalpris, ferramentis ue maxime ex acutis, tenuissimisque par agito, cumque scalpro, gladiolo ue sanguem mittis, multum ne præmito, uenam ne trans-

uerberes, & frangas, deinde tepido aceto perluito, & foueto, sanguinisque guttas, frustula ue in hiatibus ipsis ne sinito, lanamque succidam mollem, optime carminatam medicamento sanguinem sistente conglutinanteque tinctam, uel oleo, & uino superponito, & deligato, sicque hiatus foramen habeat, uti sanguem refluat, non defluat. Modoque nullo madefacito, parumque comedito, & aquam potato. Si uero cum solues, foramina inflanimata deprehendas, medicamento de uitice, hagno ue, & lini semine confecto linito. Si uerò foramina hiarent, & ulcerata essent, formam considerato, & quæ opus est, porrigito, & ponito, cætera uerò diligenter curato.

SANGVINEM mitti bifariam contingere potest, uel diuertendi causa, aut ratione euacuandi partem affectam quod semper conuincitur à natura rei procedendo, nam si humor fluat, ut fluxum sistamus ad diuersionem fieri debet sanguinis missio. Si modo sanguis fluxus est & corpus sit mundum, & tumor cataplasmatibus nõ cedit tunc pro recta tumoris curatione ex uena in membro existente sanguis mitti debet: quod si uena non appareat, ut sæpè contingit scarificationibus altioribus curari debet, ut ratio ipsa dictat: præcipuè si tumor fuerit ex ijs, qui in gangrenam degenerare solent.

V DI VIDII.

VARIX autem ubi in crure est, seu euidens sit, seu carne contineatur: crus uerò nigrescit, desiderareque uidetur sanguinis detractione exhauriri, locus scalpello exasperari non debet: nam ubi id committitur, ulcera ob fluxum ex uarice plerunque ampliantur: sed ipse uarix multis locis pungendus est, ubi opportunum existimetur.

Calui.

CALVI.

SI uerò in tibia uarices inessent, superne, & patentes, siue sub carne, tibiaque nigricaret, sanguinisque missione egeret, nullo modo pertundito, sanguemue mittito, nam plerunque maiora ulcera, fiunt pertusione, & incisione propter uaricis defluxum loco patefacto, quare uaricem alio, & alio loco pungito, quo tempus, resque poscere uideatur.

VLceris curationem ostendit in hoc loco ubi id in cicatricem non ducitur, propter uaricem sanguinem melancholicum ad ipsum ulcus transmittentem, & huius ulceris curationem scribit Gal. 4. meth. & in 4. de comp. phar. secundum genera.

VIDI VIDII.

VBICVNQVE uena secatur sanguine detracto & habemulâ resoluta, si sanguis non supprimitur, mittatur ex contrariâ parte, atque fluit, seu brachium sit, seu crus, ut retrocedat, sicque plus minus ue temporis iacẽs detineatur, atque ita alligetur, ea animaduersione, nequid in sectione concreti sanguinis supersit: tum duplex pannus uino madens imponatur, & super lanâ lotâ atque oleo inunctâ. Nam si uehemens fuerit sanguinis eruptio, supprimitur: quòd si sanguis in sectione concrescat, & ita inflammetur, suppurare solet. Est autem mittendus, quùm homo liberaliter aut parcius pransus fuerit, ac biberit, quùmque leuiter fuerit calefactus, calidiore die magis quàm frigidiore.

CALVI.

CVm autem uenam aperueris, sanguemque miseris, fasciamque solueris, sanguem non sistatur, manus, crus ue sit, quiescito, iaceto ue aliquātisper, sanguis uti retro agatur. deinde cum quantum opus fuerit, quieuerit, & iacuerit, sic cum habeat, & iaceat ligato, dum nulla gutta, frustulum ue sanguinis in incisione remaneat, duplexque linteum, splenion ue uino, & oleo tinctum superponito, lanamque puram, nam & hoc sanguem compescit, & si uehementer defluat. Si uerò gutta, frustulum ue in incisione remaneat, ueniat ue, inflammat, pusque creat. Pransum uerò magis quâm ieiunum, & parum plennm, potumq; secato, sanguem ue de uena mittito, concalefactumque, dieque calido potius, quàm frigido.

DOcet Hyppocr. quid agendum sit si detracto sanguine, eiusdem demum sanguinis effusio fiat.

VIDI VIDII.

QVvm admota cucurbitula est; si ubi remouetur, sanguis effunditur, uel copiosè etiam; aut tenuis humor euadit, citò, antequàm impleatur, rursus defigenda est, & quod superest extrahendum: alioquin, quùm sanguis concretus in locis relinquitur scalpello exasperatis, ulceribus posteâ inflammationem adiungit: omnia uerò hæc aceto perfundere oportet, dein cauere, ne madefiant, nè ue homo in partem iaceat, quam scalpello attigeris. Sed aliquod ex his medicamentis super imponendum est, quæ cruentis uulneribus protinus inijciuntur. Quòd si uel ad genu, uel infrà cucurbitula admouetur, id fiat, quum homo stat, si stare potest.

CALVI.

CVCVRBITVLAM uerò, ſi ſanguem ſuperfluat, admoueto, qua ſublata ſi nihilominus defluat, uel ſanies, celerius, & crebrius reponito, & remoueto, & antequam compleatur, uacuato. Si uerò cum ſanguinis gutta in hiatu remanſiſſet, ulcera inflammarentur, confeſtim hæc omnia tepido aceto foueto, deinde nihil madefacito, nec urito ſciſſuras, & hiatus, ſed medicamento ſanguem ſiſtente, & conglutinante linito ulcera. Cum uerò cucurbitulæ ſub genu, uel ſupra admouendæ ſunt, ſtanti ſi ſtare poſſit admoueto.

IN hac parte Hyppocr. cucurbitulam admouet factis ſcarificationibus, ut copioſius ſanguis exhauriatur: quo facto deinde intelligit abluendam eſſe partem affectam cum medicamento exiccante, & abſtergente ſanguinem in ulcuſculis manentem, atque corruptionem prohibentem, ut eſt aqua maris cum aceto, uel acetum cum ſale.

LAVS DEO.

PETRI MARTYRIS TRONI NOVARIENSIS PHYSICI, AC OLIM IN TICINEN. Gymnasio chirurgiam in prima sede profitẽtis Expositio super libro Hyppocratis, de vulneribus capitis.

QVONIAM IN INITIO EXPOSITIONIS tractatus Hyppocratis, ubi de uulneribus, & de ulceribus in genere pertractat, policitus sum exponere tractatum eiusdem Hyppocratis de uulneribus capitis difficilem maxime cognitu, & utilissimum, proinde ad eius expositionem me transfero eo magis, quia frequenter ea uulnera euenire solent, tum quia sunt maximi momenti atq; periculi, tum etiam quoniam mea sententia plurimi Chirurgici delinquunt in eorum curatione, hanc ergo tractationẽ libenter exponere nobis arridet, quoniam Hyppocrates de ijsce uulneribus fusius rectius, & longe melius pertractauit, quam reliqui omnes Autores, & Antiqui, & Moderni, aliqua ergo hic & more solito, tamquam præambula prænotare opportet, & primo ne in æquiuocis laboremus, quid nomine capitis sit intelligendum, Author ergo noster Hyppocrates per caput intelligere solet partem corporis eam in qua cerebrum continetur, & est recta capilis, simul cum hac comprehenditur etiam frons, accipitur etiam per caput id totum, quod est à collo supra, & sic includitur sub nomine

ne capitis præter cerebrum, & facies & nasus, & oculi, & aures de quorum uulneribus, ne uerbum quidem habet, uel rationem Hyppocrates in hac parte, capto igitur capite in prima significatione hic Hyppocrates de eius uulneribus quæ sunt cum læsione ossis tantũmodo pertractat, & si queratur cur est, quod Hyppocrates separatim scripsit de uulneribus capitis cum læsione ossis, nempe cum fractura, uel incisione, cum sit quod de uulneribus cum fractura ossis iã pertractauerit in commentarijs de fracturis, dicendum est, quod ex quo uulnera hæc diuersam expostulant curationẽ iure optimo Authorem separatim tractatum de uulneribus capitis scripsisse, quod .n. diuersam habeant hæc uulnera curationem, id clare patebit in sequentibus. In primis igitur insequentes Authoris ordinem capitis anathomiam inuestigabimus non solum commemorantes seu exponentes, quæ scripsit Hyppocrates de anathomia capitis in principio huius tractatus, uerum & adducemus ea quæ faciunt ad prognosticum, & ad curationem, secundo omnes uulnerum capitis diuisiones seu differentias à quocunque tello factas annotabimus, & quia inter læsiones aliæ sunt apparentes, aliæ sunt non apparentes, ideo signa, quibus os capitis fractum, uel læsum, siue os sit, uel non sit detectum, dignoscatur, inquirere non dedignabimur pertractantes diffuse de prognostico, & eorum curatione, & tandem de medella, uel curatione accidentium, inquit ergo Hypp.

VIDI VIDII.

HOMINVM capita nihil sunt inter se similia &c.

IN ijs uerbis Hyppocrates, nil aliud intelligit, nisi quod hominum capita in omnibus particularibus hominibus non sunt similia, nam in aliquibus hominibus reperitur caput cum duabus eminetijs, una in parte anteriore, altera in parte

parte posteriori in aliquibus deinde capitibus defficit eminentia anterior, in alijs eminentia posterior, & tandē in alijs deficiunt ambe, anterior scilicet & posterior, quarum gratia suture, seu comissure diuersificantur, ut parū infra dicemus declarat igitur Hyppocrates, quid per eminentiā intelligat, & dicit id esse in capite eminentiam, quod præter rotonditatem est magis eminens, & quoniam hic declarare intendimus figurarum capitis diuersitatem, & suturarum eiusdē idcirco sciendū primo id qđ scribit Hypp. in tract. de Med. officina, ubi de simili & disimili loquit. nā ex ijs facile qđ intēdimus assequemur, similia ergo & dissimilia aliqñ accipiuntur, similia. s. pro his, quę notāt naturalia, & dissimilia pro ijs quę notāt p̄ter naturalia aliquādo uero duo hęc inter naturalia compræhenduntur, quatenus scilicet & hoc & illud in latitudine naturalium continentur, pro primo satisfaciat exemplum Hyppocratis in primo prognosticorum ubi inquit, quod in primis faciem ægroti prænotare opportet si fuerit similis sano, uel sibi sano uel secus, ibi .n. intelligit Hyppocrates similia esse secundum naturam, & dissimilia præter naturam, nam facies similis sano est naturalis, ubi uero secus est præter naturam, & tunc dicitur dissimilis, qñ uero simile & dissimile secùndum naturam sunt, differunt tantummodo, quia illud ut in pluribus, hoc uero ut in paucioribus fit, ac si dicatur, in naturalibus quædam fiunt sæpissime, quædam raro, quæ fiunt sæpissime dicuntur similia, quæ fiunt raro dicuntur dissimilia (& hoc ualeat quatenus proposito inseruit) forma ergo capitis, ut in pluribus talis est, ut sit caput deprę ssum à lateribus cum eminentia una ante, & altera retro, raro uerò reperitur sine ijsce eminētijs, caput aliquādo sine altera istarum ubi ergo detur caput cum duabus eminentijs notat formam, secū dum naturam, quia ut in pluribus id contingit, quod uero est sine ijs, uel sine altera, & si sit secundum naturam dicitur tamen dissimile, quia raro id euenit. figura Capit naturalis qu nam sit

VIDI VIDII.

NEc suturæ caluariæ omnibus eodem loco &c.

INtendit Hyppocrates hic declarare, quod suture in osse capitis non sunt ædem in omnibus hominibus, neque in eodem loco, quoniam diuersificantur pro figure capitis diuersitate.

VIDI VIDII.

SED qui in priori capitis parte prominentiam habet est autem prominentia id ossis, quod præter aliud rotondum extat huic suture caluariæ T.litterā repræsentāt, cum breuior linea sita sit super prominentia transuersa, altera per mediam caluariam perpetua in longitudinem ad ceruices procedat. Cui prominet pars capitis posterior, suture contraria ratione, atq; in priori conspiciūtur: nam breuior linea transuersa super prominentiam fertur: longior per mediam caluariam ad frontem perpetua. At si caput utrinq; & à priori & à posteriori parte promineat, suture H. litterę, similitudinem habent, & ex lineis lōgiores, transuerse super utramque prominentiam progrediuntur, breuior per mediam caluariam in longitudinem ducta ad utranq; longiorem lineam terminātur. Caput, quod neutra parte prominet suturas habet ad imaginē littere X. altera linea transuersa ad tempus tendente, per mediam caluariam in longitudinem altera.

HIc tex. est satis clarus id uero quod ultimo loco dictum est dari scilicet formam, quę habet suturas ad imaginē littere X. sic intelligendum uenit, quod à tempore dextero una satura per mediam caluariam tendit ad partem sinistram inter aurem, & ceruicem, alia uero à tempore sinistro

per transuersum caluariæ, tendit ad dextram partem, etiam inter aurem & ceruicem, ita quod Hyppocrates in hac parte uult suturas diuersificari quatuor modis, iuxta diuersitatem formæ capitis, quam sententiā confirmat Galenus 9. de usu partium cap. 17. quo in loco asserit, quod Hyppocrates nusquám in suis comentarijs quinte capitis figure mentionem fecit, & ita nullā formam capitis dari præter quatuor iam dictas ex ijsce duobus famosis Viris clare colligimus, ego tamen uidi de anno 1550. in loco fornicariç & in domo Illus. D. Isabele Triulcç quēdam puerum ętatis decē annorū qui habebat formam capitis quādam diuersam ab ijs quatuor iam dictis nempe, cum eminentia ante & retro, & à dextris, & à sinistris, quæ erant ualde eminētes & erat hic puer ualde fortis, & robustus addo quod Galen. eo loci asserit posse quidem animo concipi aliam, & diuersam formam præter illas quatuor non posse tamen id ex parti rei inueniri cui nihilominus experientia per nos facta & uera aperte contrariatur, nec propter hoc Criminandus est Gal. propterea, quia dicta antiquorum uerificantur, ut in pluribus quod & ex aphorismis & ex libro prognosticorum & alijs sexcentis locis clare colligitur, circa igitur ea quę dicit Hyp. de suturis, scire conuenit, naturam construxisse suturas, ut si lęsa fuerit una pars caluarię non lędatur altera; secundo, ut exporrigantur neruuli à dura matre ortum ducentes, extra caluariā quibus fit constructio seu gignitur pericranium, tertio, ut uapores eleuati à cerebro possint extra duci per ipsas cōmissuras, nec alicui extraneum hoc uideatur, quod uapores eleuati à cerebro extra educantur, quoniam præter id quod facile potest auctoritatibus confirmari experimento, etiam conuincitur, uidi ipse quendam scolasticum Placentinum deferentem galeam, qui dum eam à capite eleuaret, manifestissime uisę sunt duæ, aut tres guttæ aquę adhęrentes galeę ea in parte, quæ e directo commissure coronali correspondebat; item & quarto, maximo usui

sunt

ſunt commiſſure ut medicamenta per ipſas cõmiſſuras poſſint tranſire ad cerebri ſubſtantiam non ſolum ſua uirtute uerum etiam cum propria ſubſtãtia, cum dicat Gal. 14. met. cap. ultimo agens de egritudinibus oculorum, quod oleum roſatum tranſit cum ſua ſubſtantia uſq; ad cerebrum præcipuè ſi ab alto cadat ſuper ipſa commiſſura auctoritas re uera memorie mandanda: à lateribus demum caluarie due reperiuntur ſuture una à dextris, altera à ſiniſtris, quæ ſuture mendoſe appellantur, quæ non tranſeunt totam oſſis ſubſtantiam, circa quas ſuturas chirurgici & medici, quandoq; falluntur exiſtimantes os eſſe fractum cũ tamen non ſit fractũ. Vidi ego ſuperioribus annis quẽdã Nobilẽ de inuiciatis in ciuitate Aleſſandrię, qui cũ pcuſſus fuiſſet cũ lapide ſuper ſutura mẽdoſa partis ſiniſtrę arbitrati ſunt medici illi os eſſe fractũ ſup uocatus inueni Medicos, & chirurgos pręparaſſe inſtrumenta, quibus os perforatur, uidens uulnus ſtatim deueni in ſententiam, quod os nõ eſſet fractum, ſed quod erat ſutura mendoſa, quod uix crediderunt Medici, & chirurgici, ut tamen cerciores redderem illos miſſi captum caluariã quandam & facile cerciores uiſu redditi fuere, & proinde Cornelius Cel. 8. lib. cap. primo, de fractura caluariæ aſſerit, quod Hyppocr. deceptus eſt circa hanc ſuturam, & credidit eſſe fracturam cum tamen eſſet ſutura, & dicit quod Hypp. non erubuit in ſcriptis relinquere atque fateri hunc errorẽ more bonorum uirorum, ut moneret poſteros ne in hunc èrrorem incurrerint, hæc quantum ad ſuturas, ſubiungit Hyppocr. in textu.

VIDI VIDII.

PORRO caluaria media duplex eſt oſſa, quæ eius & à ſum ma parte qua carne contegitur, & ab ima qua cerebri menbranam contegit duriſſima ſunt, maxime denſa & leui a, ſed cum à ſumma & ab ima deſcendis ex duriſſimis

mis,& maxime densis,minus densa molia magis, & caua inuenies,usque ad interiorem partem qua inter se connectuntur,hæc antē maxime caua est molissima, & spongie similis.

IN hoc textu Hyppocr. ostendit naturam ipsius caluarie, quantum ad duriciem & molitiem, & dicit caluariā esse duplicem: nempe pars superior uersus cutim, cui adhæret perhicraneum,quam partem communiter Medici appellāt primam tabulam: alia pars est uersus cerebrum,cui adheret dura mininga, & dicitur secunda tabula; ambæ iste partes caluarie sunt durissime,& leues atque lenes, eiusdemq; naturæ sunt,alia est pars caluarie,quę in medio est duarum tabularum,quæ pars ossis caluarie est spongiosa rara facile digitis teritur sanguine plena, & in eo reperiuntur ueluti caruncula, & simul cum ijs discurrunt uenulæ, & dicitur meditulium,& spongiam repræsentat,proinde dicit Hypp.

VIDI VIDII.

QVIN, & uniuersa caluaria à summo & ab imo parte exigua admodum excepta spongiam repræsentat plena, quæ est caruncul e similis madentisque si digitis teratur in sanguinem uertitur, discurrunt etiam in osse uenule tenues sanguinis plenæ, quod igitur ad duritiē molitudinem & cauitatem attinet,caluaria sic habet.

HIc textus de se clarus est, & proinde in eius expositione non opportet conterere tempus,illud tantum notabo circa partem mediā ossis caluariæ, quam spōgiosam esse rationi consentaneum est,ut præbeat alimentū ossi, sicuti medula alijs ossibus alimentum præbet, uenulas demum in eo osse spongioso reperiri nullibi asseritur ab authoribus prę ter quam ab Hyppocr. in hac parte,ad cuius sententię ac rei corroborationem refferre non grauabor, quæ experientia

sæpe

ſæpe comprobaui,nam quãdoque in terebratione oſſis, aut raſpatione uidi magnam copiam ſanguinis egredi, cum tamen oſſis fractura non penetraret, quod fieri etiam poteſt in medulla aliorum oſſium,nempe ut uenule reperiantur cũ ſuperioribus annis ego ipſe uiderim in Ciuitate Alexandriæ, quendam Nobilem in crure percuſſum ab equo ex cuius percuſſione fractum fuit os cumque os detegerem à carne ſupra iacente, & fracturam aliquo pacto aperirem uidi etiam ſanguinem rubeum uiuum, ut ita dixerim egredi in notabili quantitate, hæcque dicta ſint quantum ad duritiẽ molitiem,& craſſitiem oſſis, reliquum eſt, ut præter ea quæ ſcripſit Hyppocrat. aliqua dicamus de anothomia reliquarum partium quatenus huic propoſito conducit, & ad prognoſticum, & ad curationem uulnerum capitis : proinde dico quod in mediate ſuper os caluarie eſt panniculus neruoſus durus ſatis craſſus, albus in colore oſſi adhærens ſub carne ſeu cute, qui originem ducit à dura mininga neruulos per commiſſuras exporrigente, ut diximus, de mente Auicen.in 3.lib.fen.1.tract.1.cap.2. ex quibus fit textura ipſius paniculi, quem greci pericraneum uocant Arabes Almochotim ſeu gingia matrem,ſupra hunc pãniculũ eſt caro exigua ſupra carnem eſt cutis, quæ caro eſt admodum exigua ita ut totum id quod eſt à pãniculo ſupra uideatur cutis, quæ cutis in aliquibus uidetur craſſior, et in aliquibus minus craſſa; ita quod ſua craſſitudine aliqui chirurgici nõ ignari, ſunt decepti arbitrantes uulnus in cute tantum eſſe cum apoſtemate cũ tamen nullũ adeſſet apoſtema, & ne error cõtingat ſcias qđ facile cognoſcitur eſſe,uel nõ eſſe apoſtema,quãdo in prima medela uulneris,cutis,apparet craſſa aut ſubtilis, nam ſi ſubtilis apparet, & in proceſſu temporis appareat craſſa,tunc eſt apoſtemata, ſi uerò appareat craſſa à principio & craſſities non augeatur,tunc ſignum eſt,quod non eſt apoſtemata, in temporibus uero, & in fronte ſupra pericraneum ſunt muſculi temporales atque cutem frontis

tis mouentes supra dictos musculos est cutis ad intra uero; & sub osse caluarie est dura mininga, seu dura mater adhærens immediate craneo mediantibus quibusdam neruulis; post durā miningā est subtilis mininga, seu pia mater, ea quę primo loco appellabat̄ dura mininga est crassa in substantia, & lōge crassior pericraneo, est ēt alba in colore ea uero quæ subtilis mininga dicitur hēt corpus ualde subtile, quod assimilatur telæ araneæ, hic enim panniculus totum ambit cerebrum, & ipsum tangit, & infinitas fere habet uenas, & arterias ēt magnas, & tādē hi duo panniculi, dura.s. & subtilis mininga ambe unite cerebrum diuidunt secundum dextrū & sinistrum, usque ad uintriculos sub quibus & immediate post subtilem miningam est cerebri substantia, quæ est maior in homine, quam in alijs animalibus omnibus, & est mollis alba in colore, & plurimas habens cælulas in quo quidē cerebro sunt tres uentriculi, quorum unus anterior nominatur alter posterior, tertius medius, & ne intactum deseramus, quod ad negotium præsens maxime cōducere potest, aliqua circa neruos occurrentia hic describamus cuius causa est, quia interdum contingit noxum fieri in neruis, ortū ducentibus, à cerebro propter cap. uulnera id ergo erit si dixerimus, quot sint nerui à cerebro ortum ducentes, sunt enim septem paria; nam primum par tendit ad oculos, ad deferendum spiritus uisiuos, & isti duo nerui sunt perforati plurimis foraminibus, per quæ transeunt spiritus uisiui, & id dignoscitur propterea, quia clauso uno oculo pupilla alterius oculi dilatatur: oriūtur sub uentriculis, & à parte anteriori cerebri sunt magni, & nerui uisori, seu optici uocantur, post istud par oritur aliud par neruorum sub primo pari, & tendit ad musculos oculorum pro motu ipsorum: post hæc duo paria oritur tertium par, sub istis duobus paribus, & nerui istius tertij paris in plures diuiduntur diuisiones, seu partes, quarum aliquę tendunt ad musculos temporales, relique uero partes ad diuersa membra diriguntur à

quot sint nerui à cerebro ortum ducentes

quarto pari fit gustus à quinto fit auditus à sesto uero, & séptimo, quod ultimum est proueniunt nulle neruorum diuisiones pro pectoris, linguæ, & aliarum subiacentium partium motione ac numeri obeundo, & hæc habita sint, & declarata præter ea, quæ scripsit Hyppocr. de anathomia cap. propterea, quia maxime ueniunt consideranda in uulneribus cap. quatenus inseruiunt prognostico, & curationi. Reliquum est, ut ad diuisiones uulnerum cap. me conferam, iuxta ordinem hic ab Hyppocr. descriptum inquit ergo.

V I D I. V I D I I.

VVLNERATVR autem caluarie os tot modis, & sunt unius quisque modi species fracture plures.

SEntentia Hyppocr. in hoc textu est, ut uerba satis clare sonant declarare species, uel modos quibus lædi potest os capitis cum ait uulneratur os capitis tot modis, ut inferius dicemus quos modos recenset, sub triplici genere læsionis nempe, sub incisione, sub fractura, seu fissura, & sub colisione cũ ergo dicit Hypp. uulneratur os hic per uulneratur intelligit quãcumq; lesionẽ factam à telo aliquo acuto seu incidente pro inde uult Hyppocr. quod sub uno quoque genere lesionis facte in osse cap. plures species fracture contineãtur, ut difuse in sequentibus declarabimus: in hac diuisione quandam methodum obseruabo in qua nihil prætermitam de lesionibus factis in osse cap. à telo aliquo, quas omnes reuisiones reducã ad triplex genus, prima igitur diuisio hæc erit, Omnis solutio continui facta in capite à tello aliquo, uel erit ulnus aut contusio, nam telum ut colligitur ex dictis Hyppocr. in tractatu de uulneribus, & ulceribus, & etiam in isto tractatu est omne, id quod est natum aptum ledere corpus humanum soluendo continuitatem, uel ea sit sensibilis, uel insensibilis est deinde omne telum duplex; nempe uel

uel

uel acutũ uel obtusum,& retusum; telum acutum est ueluti ensis gladius securis & relique huius generis quæ nõ nisi sectioni cutis manifesta ostẽdũt læsionẽ uel in carne,uel in osse factã,telum obtusum siue retusum est ueluti lapis, & bacculus,& similia sub hoc telo obtuso, seu retuso continentur iam dicta nempe ut si aliquis alium ledat lapide aut baculo. Secundo, aut ubi quis ab alto cadat super re dura. Tertio, ue si. Iruat ab alto aliquod graue, ut trabs uel lapis, aut paries: hos tres modos læsionis compræhendit Hypp. sub telo obtuso, seu retuso; à telo ergo acuto fit uulnus, & à telo tuso,seu retuso fit contusio, uulnus factũ à telo acuto est solutio continui manifesta simplex,contusio deinde quæ à telo obtuso fit est solutio continui multiplex uel multi numeri, quæ quandoque est manifesta quandoque non manifesta dicitur cõtusio ea,quæ cũ uulnere est in manifesta, uero dicitur illa; quæ contusio simplex dicitur: & quia facta est mentio de solutione continui, uidere opportet, quid sit solutio continui. Ad declarationem huius uidere,equidẽque scribit Gal. in 2. artis medicinalis nam inquit triplicem esse formam membrorum nostris corporis, prima dicitur complexio quæ debetur proprie membris,simplicibus,secunda, est compositio & hæc debetur membris compositis, tertia, est unitas quæ est communis simplicibus,& compositis mẽbris, & pro inde solutio continui est morbus cõmuuis quoniam simplicibus,& compositis inesse potest membris,nunc uero unde digressus, sum reddeo, dico igitur quod omne uulnus in capite aut est conlesione ossis aut est sine ossis lesione, Item si est con ossis lesione, aut est à telo acuto, aut à telo obtuso, si à telo acuto, aut est secundum rectum aut est secundum obliquum. Item siue uulnus sit secundum rectum aut lateralle, aut penetrat aut non penetrat, item omne uulnus laterale, aut est cũ ossis diminutione,seu ablatione simul concutte annexa, uel est absque ossis eleuatione, item uulnus penetrans,uel est conlesione pãniculorũ, & cerebri,

quid sit solutio continui

rebri,uel est absque lesionem ipsorum. Item si est absque lesione panniculorũ, & cerebri, uel est cũ deperdicione ossis & cutis, aut est absq ue deperditione ipsorum: & in hoc casu remanet os eleuatum à dura matre quod uulnus dicitur a paulo cameratio, fortassis, quia sicut camera est locus in quo est uacuitas, ita etiam in cameratione est uacuitas, & istum casum ego semel, uidi in quodam notabili huius Ciuitatis cui nomen erat dominus Iosephus de Tortis, & tanta erat uacuitas inter os, & duram matrem, ut transacti sint circa octuaginta dies antequam efficeretur sanus, & tunc sum memor me uidisse motum dure mininge, usque ad octuagesimam diem, & tandem dei optimi maximi, quæ auxilio effectus est sanus; non obstãtibus quibusdam alis uulneribus magnis, quibus laborabat nobilis ille, & Mag. Vir primum uero casum in quo deperditur os simul concute remanente dura mininga absque lęsione uidi semel in quodã eluecio uulnerato in sincipite cuius ratione apparebat dura mininga ad quantitatem unius denarij quatuor regalium, & ipse quoque dei maximi auxilio factus est sanus, & quando erit sermo de curatione aliqua dicam, quæ non erunt ingrata, siue inutilia, circa istud particulare; item uulnus laterale penetrans cum læsione panniculorũ, & cerebri uel est cum ossis eleuatione, per ossis eleuationem non intelligo, quod os sit ablutum seu deperditum, nec intelligo, quod sit annexum ossi suo compari, sed intelligo, quod os quod fuit incisum à telo acuto sit eleuatam ab alio osse, & tamen est annexum cuti, quæ se tenet cum alia cuti, & hunc casum semel uidi etiam in Illustri Domino Nicolao de Montefia, qui fuerat uulneratus ense magno in parte sinistra sincipitis & tunc non solum facta fuit incisio in osse, sed in dura matre, & in substantia cerebri, ita ut de substantia cerebri fuerit portio deperdita ad quantitatẽ duarum dragmarũ, & hic similiter nutu dei optimi effectus est sanus, & adhuc uiuit, itẽ uulnus laterale penetrans, cum ossis eleuatione, ita tamen

ut os secundũ aliquam partem sit annexum altero ossi quãdoque est cum læsione panniculorum, & cerebri, & quandoque sine læsione ipsorum, cum læsione panniculorum, & cerebri ex quibus egressa est de substantia cerebri tres uidi quos memoria teneo primus fuit Dominus Hieronymus Pecoralia, secundus fuit Dominus Augustinus Saluaticus, ambo Papiẽses, tertius fuit Mag. Dom. Scipio de Damianis ciuis Astensis, quos omnes deus optimus maximus sanauit, & ego illis medellam adhibui, habita diuisione uulnerum capitis, quę fiunt à telo acuto uulnere tendente ad latus, reliquum est, ut ad diuisionem uulneris facti à telo acuto secundum rectum accedamus dico igitur, quod eiusmodi uulnus, quod est secundum rectum, uel penetrat, uel non penetrat, & si penetrat, uel est cum læsione panniculorum & cerebri uel est sine læsione ipsorum. Item si est cum læsione panniculorum & crebri, aut ab ipso uulnere egreditur de substantia cerebri, aut non egreditur nempe substantiæ ipsius, aut est sine deperditione, aut sine. Item incisio in osse, uel est lata, uel est stricta habita diuisione uulnerum capitis à telo acuto, tam si lateraliter telum tendat, uel secundum rectum, accedendum est ad diuisionem uulnerum à telo obtuso, seu retuso, & proinde dico quod omnes læsiones capitis à telo obtuso, uel sunt cum ossis fractura, aut sine ossis fractura, & quia solutio cõtinui facta à telo obtuso dicitur contussio, & omnis contusio, uel est cum uulnere, uel sine uulnere, proinde dico quod hæc contusio, quandoque est cum uulnere, quandoque sine uulnere in cute tantum, & similiter contusio cum ossis fractura, quandoque est etiam cum uulnere, quandoque sine uulnere. Item fractura in osse siue sit cum uulnere, uel sine uulnere, uel est una tm̃ fractura, uel est multiplex. Itẽ uel est cũ collisione ita ut dura mater comprimat̃, uel nõ cõprimatur, & si cõprimitur dura mater, uel est frustũ ossis aliquo pacto separatũ ab alio osse uel non; ꝓinde uideamus q̃d dicat Hyp. de hac fractura ossis dicit igit̃.

Vidi.

VIDI VIDII.

FINDITVR os uulnere, ubi autem findatur necesse est collidi id quod iusta rimam est siquidem quo telo os finditur eodem plus minusue etiam coliditur idque dum finditur. Hic est unus modus, species autem rimarum uarie sunt, nonnulle enim tenuiores sunt nonnulle tenuissime, ita ut minime cõspicue sint, nec abiecta protinus ne quibus afferre opem liceret, idque hominem ad interitum pręcipitat contra aliæ crassiores, & latiores aliæ latissime, quædam longiores, quædam breuiores, quædam rectiores, quędam rectissime aliæ magis, aut minus flectuose: nonnulle in summo nonnulle altius descendunt nonnulle per totum os usque ad imum penetrant.

IN isto textu Hyppocr. ostendit quotiescunque os finditur etiam colliditur id uerificatur ubi os findatur telo obtuso seu retuso collisio est solutio cõtinui multi numeri, facta ĩ osse de qua sermonem habebimus diffuse inferius, adit qđ magis minusue colliditur os, & id fit pro diuersitate teli, & ista colisio est prope rimam, & dicit Hyppocrates, quod hic est unus modus læsionis ossis, qui modus habet plures species, & iste species rimarum uarie sunt nonnulle, sunt tenuiores nonnulle, sunt tenuissime ita ut sensum lateant, nec à principio apparent, nec illis diebus quibus opem afferre liceret, & hæc rima seu fissura hominem ad interitum præcipitat: ratio est propterea, quia ex ipsa fissura contingit, quãdoque sanguinem egredi, qui supra duram matrem continetur, & in processu temporis putrefit, in putrefactione acquirit calorem extraneum à quo inflammatur dura mininga, quæ consentit seu noxam participat cerebro, cũ magnã habeat communicantiam, ipsa dura mininga cum cerebro, ut dictum est superius de anotomia sermonem facerem.

Item fit delirium communicatis uaporibus uentriculis cerebri, oritur etiā febris propter illius sanguinis corruptionē quo factum est, ut communicata læsione cerebro cū sit mēbrum principale communicatur toti corpori adiuncta febre, quæ est morbus uniuersalis, facile est, ut homo ad interitum præcipitet, & si dicatur quomodo fieri potest, quod sanguis ab eiusmodi fissura non apparente egrediatur, & ex consequenti super duram matrem, contineatur cum rima sit admodum exigua, ut sensum lateat, ad hoc dicēdum est, quod fieri potest, ut nulla fiat rima, uel fractura in prima ossis superficie, etiam quod fieri possit eadem rima effatu digna in superficie interna ossis: per superficiem intelligo id, quod neoterici tabulam uocant, quod istud sit uerum expe riētia clare docet, uidi ego semel de anno 1569. dum essem in ciuitate Aquensi, uocatus ad curationem Illust. Comitis Ferrandi Lodroni, cuius curationi aderat quidam chirurgus, qui ostendit mihi frustrum ossis capitis estractum cum terrebra, quod os exsterius (nullam noxam penitus ostendebat scilicet in prima superficie, in superficie autem interna ipsius ossis, ualde conspicue erant plures fracture, idem dicendum est fieri posse osse fisso non apparente fissura, fieri quoque potest, ut existente eiusmodi fissura aliquid sanguinis inter partes fissure, aut humiditatis exeuntes à substantia ossis, quæ ambo tractu temporis putrefiunt, & hominem ad interitum præcipitant, putrescit enim sanguis, & hnmiditas extra propria uasa ea ratione, qua dicit Galenus in commento aphorismi uigesimi septimæ particulæ, in quo dicit Hyppocrates si in uentrem sanguis præter naturam effusus fuerit necesse est suppurari dicit Galenus Hyppocratem intelligere per uentrem omnem cauitatem, in qua præter natura retineatur sanguis, per hoc quod dicit necesse supurari sanguinem intelligit conuersionem quandam extraneam sanguinem ipsum acquirere, & non semper in ueram saniē uerti, eandem sententiam habet Gal. in primo prognostico-

rum

rum in commento ultimi textus, ubi dicit Hyppocrates putredo ea laudatur & reliqua, dicit Gal. quotiescunque sanguis extra propria uasa exit putrefit; & ita apparet iure optimo Hyppocratem dixisse fissuram illam non apparentem hominem ad interitũ ducere, adit Hyppocrates, quod aliæ fissure sunt late, aliæ sunt latissime. Aliæ sunt longe, aliæ sunt breues, aliæ sunt recte, aliæ sunt flectuose magis, & minus, aliæ sunt in summo idest in superficie, aliæ magis profonditatem habent, aliæ uero usque ad internã partem penetrant, & hic est primus modus læsionis, positus ab Hypp. sequitur Hypp. & dicit.

VIDI VIDII.

Collidi etiam os potest quamuis in suo statu seruetur, & collisio rima nõ accedat. Hic secundus, collisi uero species sunt plures, nam plus minusue colliditur, & altius ac totum os, uel in summo magis, & non totũ & plus minusue etiam, quod ad longitudinem, & latitudinem pertinet, sed nulla conspectu cognoscitur qualis sit & quanta. Neque enim ubi, quid collisum est ab ictu protinus, quod collisum est, & malum ipsum oculis patet; sicut ẽt osse fisso, nonnulle ex rimisque longius tendunt.

Hyppocrates prosequitur explicationẽ de noxa ossis capitis, quam uocat collisionem, & est tertium genus læsionis ossis capitis, de quo Gal. in libello de causis morborũ cap. ultimo scribit, secundum uerò Hyppocratem est secundus. seu secundum genus læsionis capitis; pro declaratione huius textus uidere opportet, quid sit collisio, secundo quo tuplex sit collisio, tertio ad textus expositionem deueniendum erit. Ad primum dico, quòd collisio est solutio continui multi numeri facta in osse, à telo obtuso, seu retuso, & est collisio in osse sicuti contusio in carne, & hæc est doctrina

Gal.

Gal. in libello de causis morborum cap. ultimo allegato. s. ubi sic describit collisionem, ad secũdum dico, quod collisio est duplex altera est sine ossis depræssione, & sine fractura & hæc plures habet species, ut dicam in expositiõe textus, alia est collisio cum ossis depræssione, & fractura, & hæc plures etiam habet species, alia est quæ tantum fit in superficie ossis esteriore, alia est quę magis penetrat, alia est quæ usq; ad partem internam ossis tendit: nempe ita ut superficies inferior sit collisa & fracta. Item collisio cum depræssione, & fractura ossis ad partem internam, uel cum una fissura tãtum est, uel cum pluribus fissuris. Item siue sit cum una fissura tantum, uel cum plurimis, uel est cum comprę́ssione dure mininge, uel sine compræssione ipsius. Item compræssio uel est facta ab uno osse tantum, uel à pluribus frustulis. Item si est comprę́ssa à frustulis ossuũ ab altero ipsorum pungitur, uel non pungitur, de qua punctura dicemus, quando erit sermo de apostematibus superuenientibus ipsi dure mininge, reddeo tertio loco ad expositionem textus Hyppocratis, dicit Hyppocrates, quod colliditur os absque ossis depræssione, idest absq; quod os naturalem situm, seu sedem perdat, & absque fractura, & dicit, quod est secundus modus læsionis ossis capitis Gal. tamen loco allegato compræhendit hunc modum læsionis sub tertio genere læsionis ossis capitis subiungit Hyppocrates species istius collisionis scribens, & dicit quod hæc collisio, quandoque est maior, quandoque est minor, ut quandoque altius ac totum os appræhendit, uel in summo magis, & non totum amplectitur. Item quandoque maiorem longitudinem, & latitudinem, uel minorem appræhendit, addit quod nulla conspectu cognoscitur, idest nulla collisio oculis dignoscitur qualis, & & quanta sit, subiungit, quod hæc collisio qualiscunque fuerit protinus ab ictu idest à principio læsionis non cognoscitur, nec oculis collisio hęc conspicitur, sicut etiam contingit quandoque non apparere fissuram ualde exiguam, osse de-

tenco, quo fit ut hominem interimat, ut diffusè superius diximus, proinde in ultimis uerbis textus uidetur Hyppocrates concludere, quod ea ratione qua fissura exigua osse detento sensum latet, eadem ratione collisio osse detento sensum lateat: & sicuti fissura hominem ducit ad interitũ propterea, quia eo tempore quo opem afferre possimus ægrotanti non dignoscitur, & ita collisio à simili hominem ad interitum ducit, quia à principio, & tempore quo opem ægrotanti ferre possimus non dignoscitur |quo fit ut sanguis, qui egreditur à porositatibus ossis putrescit eadem ratione, ut diximus diffuse de scissura non apparente: proinde breuem historiam duorum patientium collisionem perquam mortui sunt narrabo, de anno 1549. in ciuitate Ianuæ Vidi mulierem sessagenariam patientem collisionem in occipite cũ caderet super uno gradu schale lapideæ, fui uocatus circa decimam quartam, & uidi os denigratum absque fractura, & absque depressione prognosticatus sum parentibus, & amicis ipsius ægrotantis eam breui tempore perituram, & ita factum est, de anno 1550. uidi in ciuitate Mediolani in monasterio Diui Francisci quendam Excellentem concionatorem, qui in ea quadragesima erat facturus sermonem in Ecclesia Diui Francisci, in die carnis priuij Romani, accessit ꝓpe murum admingendum ubi uertigine captus cecidit super caput, nempe in occipite, & factum est uulnus in cute detectum est os nulla apparuit fissura, nec ossis depræssio, inuitatus ab eomet chirurgo, qui eum curabat, accersitus sum circa decimam quartam diem & solo prognostico usus sum cum uiderem os denigratum propter collisionem, & ita in decima septima perijt, in summa Hyppocrates uult, in isto textu os pati solutionem cõtinui multi numeri, quam uocat collisionem, & uult eam fieri absque, quod os sedem suam amittat, et absque fractura seu fissura, quod semper fit à telo obtuso, seu retuso, & hanc collisionem fieri posse non solum in summa ossis parte, sed etiam profondius, & usque ad inti-

mam

mam partem,& quandoqne maiorem, quandoque minorē ossis partem capit. Item (& quod plus est) uult eam collisionem à principio non cognosci posse neque eo tempore quo opem ægrotanti afferre possimus, ut contingit in fissura non apparente, quemadmodum dictum est superius, & ita ob rationes iam dictas ad interitum ægrotantem præcipitare, quare eadem ratiōe hæc collisio hominem interimit, & hic est secundus modus læsionis. Et si dicatur frustra Hyppocrates, & hoc & illud collisionis genus scripsit cum Medicus non possit utilitatem præstare ægrotanti ad hoc dicēdum est, quod maximo iure id scripsit Hyppocrates propterea, quia facit ad prognosticum, & nihil est quod adeo Medicum à calumnijs in munen reddet sicuti prognosticum de quo in sequentibus fusius pertractabimus. Item ut Medicum ualde diligentem reddat inuestigando eam collisionem tum considerando causas præmittiuas similiter, & accidentia, ad hoc facit etiam sonus ossis, & percusio, cum uincit ratio si os est collisum præcipue magna collisione sonus non est clarus, sed est obscurus in non colliso autem osse sonus est clarus, arbitror tamē istud non dignosci nisi à ualde expertis, & cum maxima difficultate, addit Hyp. in text.

VIDI VIDII.

DESCIDIT os à suo statu in interiorem partem recedēs in quo casu etiam finditur, alioquin minime desiderat, abruptum enim fractumque ab alio osse, quod in naturali statu seruatur in interiorem partem secedit: sicque necesse est, quod decidit etiam findatur tertius hic modus dèscidentis ossis; speties sunt uariæ, nam & plus & minus ossis descidit: tum uel altius, uel in summo magis.

IN hac parte Hyppocrates ostendit tertium modum, seu genus læsionis ossis capitis, quæ fit à telo obtuso, seu re-

uſo cum colliſione,& oſsis deſcidentia ſeu depræsſione, & dicit quod os deſcidit ſeu deprimitur una cũ oſsis fractura, & quando os deſcidit, in partem interiorem ipſius oſsis deſcidit, quo in caſu ſemper finditur, iſtud habet ueritatem in oſsibus duris non autẽ in oſsibus mollibus,quia collidi poſſunt,& ad interiorem partem non tamen franguntur,ut experientia docet, & hoc ſemel uidi in Illuſtri Com. Federico Scaramutia, qui dum eſſet infans ab hulnis nutricis cecidit ſuper ſolo duro, & os colliſum eſt magnopere,& tamen colliſio non erat nota: & Dei optimi maximi auxilio ſanus effectus, eſt præterea experientia oſtendit contrarium uidi ego ſuperioribus annis in Domino Bernardo Pontio, dicto fratino os inter commiſſuram coronalem, & frontem deſcidere, attamen non erat fractum ita, ut per dimidium digiti fere, erat deſcidens ſeu depræſſum propter lignum grauem ab alto plurimũ proiectum ſuper ſincipite,ita ut conciderit, qua de re non eſt dicendum Hyppocratem eſſe contrarium experientiæ, quia dicta Hyppocratis habẽt ueritatem, ut in pluribus, in oſſis deſcidentia ſeu depræſsione abſque fractura,ſeu fiſſura,& dicit ſi nõ finderet,i. non deprimeret, ita quod ubicunq; os deſcidit ẽt neceſſe,ut findatur,adit quod ſpecies oſsis deſcidentis ſunt uarie, nam plus & minus oſsis deſſidit. Item & altius, & magis in ſuperficie circa hunc tertium modum continentur plures aliꝫ ſpecies ut diximus in ſuperioribus,quas recenſere nõ abre erit. Dico igitur quod omnis colliſio facta in oſſe capitis aut eſt cum oſſis depreſſione ſeu deſſidentia, aut non, ſi eſt cum oſſis depræſſione ſemper eſt cum fiſſura oſſis, & tunc aut eſt cum una fiſſura tantum, uel eſt cum plurimis: ſi eſt cum una fiſſura tantum, uel cum plurimis: adhuc uel penetrant uel non penetrant, ſi penetrant, uel ſunt cum depręſſione duræ matris uel non ſi cum depręſſione durę matris, uel eſt unum os tantum uel ſunt plura fruſtra oſſium, uel aliquod ex ijs pungit duram matrem uel non pungit,addit Hippocrates.

Vidi

VIDI VIDII.

AD sedem teli quæ inciso osse apparet potest rima etiã aditij, atque ubi rima sit plus minusue os necesse est collidatur, cũ qua parte rima inciso ossi adijcitur eadem collisum ei quod incisum & fissum est, quartus. hic modus potest & collidi os quod inciditur quãuis nulla colliso incisoq; rima superueniat, fit autem sedes teli in ossem; uocatur sedes ubi osse in suo statu manente uidere licet, qua parte telum insederit uniuscuiusq; modi species sunt cum plures: Nam quod ad fissum & collisum pertinet siue utraq; sedi adiciantur siue collisum dum taxat uarias esse utriusq; species iam diximus. Sedes autem per se longior est, & breuior recta magis uel in orbem, suntq; eiusmodi multę aliæ species pro teli figura: Nam & alte magis aut minus descedit, & angustior est, aut latior, aut latissima: aut præciditur os hæc autem noxa cuiuscunq; longitudinis ac latitudinis fuerit, ad sedem refertur. Modò alia ossa quæ hic incisa sunt naturaliter maneant. Nec quod incisa sint à suo statu in interiorem partem compellantur: sic erit sedes non amplius esset sed os desciderет.

IN hoc textu Hyppocrates describit quartum modũ, seu genus læsionis ossis capitis, quod fit à telo acuto, non tamen multum acuto, & proinde dicit, quod ad sedem teli, quę inciso osse apparet, intelligendo per sedem fundum ipsius incisionis, seu partem illam extremam ossis incisi, potest rima etiam adicij, ut apparet in ligno magno inciso à securi; quo in casu apparent rimę in una & altera extremitate ligni incisi, idest potest etiam fractura parua addi seu complicari, atque

atq; ubi rima ſit cum hac inciſione, neceſſe eſt,ut os collidatur magis,uel minus; quare concludit Hyppoc. quod in inciſione oſſis in qua apparet rima neceſſe eſt, etiam ut os illud ſit colliſum,& ita erit os illud inciſum colliſum & fiſſum, & id uerificatur quotieſcunque telum acutum non eſt multum tale acutum, ſcilicet quare non ſolum incidit ſed collidit & findit, ubi modo telum eſſet ualde acutum non collideret niſi rarò, & ex conſequenti non finderet; adit deinde, quod poteſt os collidi, quod inciditur abſque fiſſura, & id uerificatur ſolùm in oſſe molli, cum dicat Hyppocr. quãuis nulla colliſo inciſoque rima ſuperueniat, addit quod ſit ſedes teli in oſſe: & quæ ſit iſta ſedes dicens ubi incidátur os,& maneat in ſuo ſtatu naturali id quod eſt inciſum, uidere poſſumus qua in parte telum in ſederit, ideſt fundum ipſius uulneris. Subiungit quod uniuſcuiſque modi ſpecies ſunt plures,quod ad fiſſum & colliſum pertinet, ſiue utraq; hæc duo ſedi adijciantur, ſiue colliſum dũtaxat uaria eſſet utriuſque ſpecies, ut ſuperius dixit ſcilicet in primo, ſecundo,& tertio modo. Addit ſpecies ſedis ſunt plures. Nempe eſt longior aut breuior. Recta magis uel in orbem, & dicit quot ſunt multæ huiuſmodi ſpecies pro teli figura: quãdoque magis,quandoque minus deſcendit, quandoque eſt anguſtior,quandoque eſt latior,quandoque latiſſima. Aut præciditur os ideſt id quod inciditur de oſſe deperditur, & hæ ſpecies noxæ ad ſedem referuntur: hæc omnia intelligit Hyppocr. oſſe manente in ſuo ſtatu naturali pro completa declaratione ſpecierum noxe contentarum ſub hoc quarto modo ſeu genere læſionis oſſis, dico quod omnis inciſio facta in oſſe à telo acuto,uel eſt ſecundum rectũ, uel eſt ſecundum obliquum, ſeu ſecundum latus, ſi eſt ſecundum rectũ, uel penetrat,uel non penetrat; ſi penetrat,uel eſt cum lęſione panniculorum,& cerebri, uel ſine læſione ipſorum. Item ſi penetrat, uel non penetrat, uel inciſio lata, eſt uel ſtricta, si oblique tendit incisio similiter, uel penetrat, uel non penetrat,

netrat, si non penetrat, uel est cum deperditione ossis, uel est sine eius deperditione, si penetrat, uel est cum læsione panniculorum, & cerebri, uel sine ipsorum læsione, si est sine ipsorum læsione, uel est cum deperditione totius substātiæ ossis, dura matre detecta existente, uel est absque ossis deperditione, & tūc os totum est incisum, usque ad partem internam, & pro parte fractum non tamen remotum ex toto ab alio osse, ita quod os incisum sursum, & eleuatum manet à sua sede, quo fit ut uacuitas sequatur, seu fiat inter os, & duram matrem, proinde Medici præcipue Paulus in 6. lib. cap. de fractura caluarie, ut diximus hanc læsionem camerationem uocat, hæc cameratio, quandoque est maior, quandoque est minor, maior quo ad quantitatem ossis incisi, & quo ad eleuationem ipsius ossis, hæc omia seu pro maiori parte recensuimus in superioribus. Addit Hypp.

VIDI VIDII.

FRANGITVR caluaria sub uulnere alia parte, quam ubi plaga est, atque os nudatum, quintus hic modus, quod in fortunium ubi accidit, nihil est, quod iuuare possit, quoniam ubi hoc malum sit, nulla uia depræhendere licet, homo ne id patiatur, aut qua parte caluariæ.

HYppocrates declarat in hoc textu, quintum modum læsionis, seu quintum genus, & hic Hippocr. sententia clara est cum inquit, quod interdum contingit fieri uulnus in capite ita ut os sit detectum, & ea in parte in qua est detectum, nulla sit læsio apparens contingit tamen ob dictum uulnus aliqua fractura, uel scisura in alia capitis parte, ī qua os nequaquam est detectum, infortunium certe ab Hippo. dictum, quando Medicus non potest opem ferre opportuno tempore cum ipsum lateat noxa quæ in osse est, quod item contingit, & euenit, ut diximus in primo modo lęsio-

nis ossis in quo contingit fissuram adeo exiguam esse, ut nō possit comprehendi & ea propter non potest Medicus conuenientem adhibere curationem opportuno tempore: quo fit ut æger ad interitum ducatur, propter rationes ibi adductas in expositione illius textus, & quia Hippocr. dicit frangi os in una parte & in alia illud esse detectum ob uulnus, Aliqui asserūt hac auctoritate ducti posse cranium percuti in una parte, & frangi in parte opposita, hinc bonum erit uidere numquid uerum sit, quod percusso craneo in una parte possit frangi in altera parte opposita, Ad partem affirmatiuam dicitur, quod fama seu uulgus asserit posse quidem craneum percuti in una parte, & frangi in alia ei opposita, & id quod in ore multorū est non omnino perit, ut ex Arist. habemus, item Cælsus in octauo lib. cap. de fractura caluariæ asserit, quod solet etiam euenire, ut altera parte fuerit ictus, & os altera siderit, ex hoc tex. arbitrantur aliqui craneum percussum in una parte à telo aliquo posse frangi in parte opposita, Item & tertio, scribit Nicolaus Florentinus nulli ætate sua secundus clarissime, quod uidit quendam percussum in dextero tempore, cum claua, graui contusione, & uulnus habuit in illo tempore, & tandem facta sectione conuenienti in cute, non fuit reperta in craneo aliqua lęsio, Vigesimo autē die superuenit ei rigor, & sequuta est fębris, in die uigesima tertia apparuit liuiditas in opposito tempore, & ibi mortificata erat caro, inde facta amotione illius carnis repertum est cranium fractum, & tandem mortuus est, Addit (& magis est) & dico quod contingens est, etiam quod frangatur cranium simul & in loco percussionis & in loco ei opposito hæc sunt uerba formalia Nicolai, ad partem negatiuam dicitur, quod istud repugnat rationi quoniam in cranio sunt suture ultra quas fractura ossis non potest per trāsire alioquin natura fecisset suturas, quoniam inter causas una & maxima est quod sint constructe suture ne facta noxa in osse in parte dextera transeat ad partem si-

nistram

nistram & e contra, secondo est expressa auctoritas Pauli in sexto libro cap. de fractura caluariæ, quod impossibile est ut percusso craneo in una parte findatur in parte opposita, nec exemplum, quod adduci solet simile est neque ullam conuenientiam habet cum dicitur, quod uas uitreum percussum in una parte potest frangi in parte opposita propterea quia uas uitreum est continuum craneum uero contiguum cum habeat partes, quæ tantum se contangunt item uas uitreum est frangibile os uero cranei durũ, item & tertio, uas uitreum est uaccuum craneum uero est plenum, iudico tamen fortiorem esse primam rationem, Alie.n. due dubie sunt ut clare intuenti patet, & ita circa hanc difficultatem, sentio, ego quod impossibile sit percusso craneo in una parte id frangi in altera, & opposita, ad auctoritatem ergo Hyppocr. dicamus, quod Autor dixit, os findi altera in parte, quam ubi os detectum est per quam alteram partem non intelligit partem oppositam, sed eam quæ propinqua est parti læse, in qua os est detectum, exemplum est, glacies quæ interdum læditur in una parte & frangitur in altera propinqua tamen parti læse, ad Cælsum dicamus eundem sentire, quod sentit Hyppocr. nam & ipse dixit, id contingere in parte altera, & non in parte opposita, diuersa in sunt hæc duo, alterum, & oppositum, ad id quod uulgus tenet dicas id esse, saltim in hac parte falsum, ut clare ex rationibus sensatis patet, Ad Nicolaum dico, quod ipse deceptus est, & ratio in promptu, est quoniã ex percussione facta in dextro tempore ęger cecidit tempore sinistro super aliqua re dura, ex quo casu facta fuit lęsio, quod ex uerbis Nicolai conuincitur, nam dicit grauem fuisse contusionem factam cum claua magnam, & ita craneum fractum est in tempore sinistro, & quod istud sit uerum dicit Nicolaus, qđ apparuit nigredo uigessimo tertio die in ea parte opposita, & ratio est quia pars illa passa est contusionem per casum, ut diximus. & non per fracturam, & similem casum ego uidi in

Domino Galeatio Fiamberto, qui dum puer esset fuit percussus ab alio puero robustiòre, in parte dextra frontis cum uno lapide uiuo non proiecto ex. ictu cuius ratione cecidit super lapide eminenti post aurem tamen dextram, & ea in parte reperi os fissum nulla existente læsione in osse principaliter percusso, & dei optimi maxique auxilio sanatus est, & adhuc uiuit, & ita apparet responsio ad omnia ea quæ uidentur facere ad partem affirmatiuam. His habitis & declaratis reliquum est uidere numquid possit craneum frangi non fracta cute. Ad partem affirmatiuam est Auic. in tractatu de fract. Cranei allegato dicens in primis uerbis. Multoties accidit, ut frangatur craneum, & non cutis, imo apostemetur, similem sentētiam uidetur habuisse Hyppocrates in sequentibus nempè in text. in quo sic scribit. Postquam iniecta est danda, opera est, ut an os nudatum sit, & reliqua. Idem conuincitur ex dictis ipsius Hyppocratis in sequenti textu ubi scribit. Sed si manifestum nō est, uiolatum nec os sit, multo adhuc magis interrogandum est nudato osse &c. experientia hanc confirmat sententiam Auicenne, & Hippocratis & ego ipsi uidi quandoq; craneum fractum nō fracta cute, idem clarius scribit Hippocr. in textu in quo habet hæc uerba formalia. Ergo, quum nudati ossis causa plaga in capite secatur, & reliqua. In oppositum est ratio, propterea, quia cutis est molior osse, & cum sit molior, non uidetur rationi consonum, posse frangi os nō fracta cute. Ad hoc dicendum est non obstante ratione in contrariū adducta, craneum frangi posse non fracta cute, & id negari non potest per experientiam; ad rationem dicimus, quòd cutis est molior osse & sūa mollicie cedit, os sua duricie non cedit & ideo frangitur, exemplo panni linei uel lanei positi super uase lapideo, Nam si percutiatur illud uas frangitur non tamen frangitur pannus, uerum si loquamur de ossis lęsione quæ fit à telo acuto, uerum est quod non potest incidi os quin incidatur prius cutis, secus est de lęsione quæ fit à telo

obtuso

frangi potest [illegible] cutis fracta

obtuſo cum poſſit frangi os non rupta cute, ut diximus, & quia nudato oſſe poteſt fieri fiſſura in ipſo oſſe tam exigua, ut ſenſum lateat, ut dictum eſt ab Hippocr. ſuperius in textu ubi ſcribit. Findit os uulnere, &c. & eſt primus modus lęſiõis oſſis; Item & quia colliſio fieri poteſt in oſſe uſq; ad partem internam ipſius oſſis abſq; quod os depreſſum ſit, ut ſcribit idem Hyppocr. in textu. Collidi etiam os poteſt &c. & eſt ſecundus modus lęſionis. Item quia frangi poteſt os altera in parte quã ubi os nudatũ eſt ut ſcribit in quinto, modo lęſionis cũ dicit. Frãgit caluaria ſub ulnere alia parte quã ubi plaga eſt, atq; os nudatum, & reliqua. Ideo cum omni deligentia uidere oportet, quibus medijs poſſimus cognoſcere fracturam factam in oſſe ſeu colliſionem, abſq; depreſſione oſſis, & ita meo iudicio pro huius rei cognitione tria ſunt declaranda cauſæ. ſ. præmitiuæ, accidentia, conſequentia ad ipſam cauſam præmitiuam. Item & tertio tactus partis leſæ, circa ergo cauſas præmitiuas de quibus difuſe ſcribit Hipp. in hoc tractatu, ſciendum eſt quod oportet medicũ interrogare quomodo uulneratus fuit eger. In exẽplo ſi eger fuit uulneratus cum lapide, uel lapis fuit proiectus a uulnerãte, uel ipſum in manum tenuit, & quomodocunq; conſiderande ſunt uires percutientis, ſi ſint ualidę aut imbeciles: ſecundo ſi ex induſtria percuſſerit aut ex accidenti, ſi percutiẽs erat propinquus aut a lõge. Item ſi lapis est magnus & grauis aut leuis, & paruus, ſi æqualis aut inæqualis. Vbi enim ꝑcuſſor ſit fortis, & ex induſtria ꝑcuſſerit, & ꝓpe cũ lapide qui ſit magnus grauis ſimul & inequalis tunc hæc oĩa indicant de oſſis fractura, atq; de colliſione; ſi e contra, contrariũ arguunt, ſi promiſcue promiſcuam faciunt cognitionem læſionis oſſis capitis. Idem dicendum eſt ſi ab alto aliquis cadat, ſi corpus ſit graue ſi ſuper lapide aliquo magno et eminenti ſeu inęquali aut ſuper alia re dura cecidit: iſta faciũt ſimiliter ſuſpitionem lęſionis oſſis, Nempe fiſſure aut colliſiones; ſi e contra, contrarium. Idem dicendum eſt, ſi irruat

quomodo cogno[...] [...] oſſis f[...] [...] abſq; [...] [...]tione [...]

aliquod graue pondus super caput ueluti trabs aut lignum aut lapis; si id quod cadit est graue & ab alto cadat facit suspitionem lęsionis ossis, si e contra non facit suspitionem lęsionis ossis, hæc tria ab Hyppocr. compręndūtur in isto tractatum sub telo obtuso seu retuso. Accidentia uero consequentia ad causam præmitiuam seu ad lęsionem factam a causa præmitiua, sunt plura numero, quæ recensentur ab Hyppocr. in isto tractatu & A'Celso in 8. lib. cap. 4. Item etiā a Paulo in 6. lib. cap. de fractura caluariæ, & ab Auicenna in 5. fen. 4. tract. de fractura crac, Accidentia posita ab Hyppo. in isto tractatu sunt quatuor, primum si offensus quasi dormiens sine sensu iacuerit, secūdum si oculi obcecati fuerint tertium si uertigo ipsum occupauerit, quartum si conciderit, hæc enim indicium faciunt si non certum, saltem magne suspitionis lęsionis ossis: quia si percussus quasi dormiens iaceat indicium est magnę læsionis cerebri; propterea quia ex læsione magna cerebri subito agitatis humoribus ad cerebrum decurrunt, ad originem. s. omnium neruorum a quibus facta opilatione in neruis impeditur transitus uirtutis animalis, nempè sensitiuæ, & mottiuæ: & ita eger quasi dormiēs iacet, oculi obcecant agitatione facta in cerebro, nam elleuātur uapores, qui ad neruos uisorios accedentes immiscentur cum spiritibus uisiuis, & faciūt oculorum cecitatem, primum accidens uocat Auicenna apoplesiam: secūdum scotomiam, scotomia siue uertigo sequitur propter agitationem factam similiter in cerebro, quo fit, ut uapores cum spiritibus uentriculorum cerebri immisceantur, & ita faciunt hominem imaginari res quas uidet in girum tendere, & id accidens est deterius nuper dicto, cōcidit homo, quia ex percussione, cerebrum patitur magnopere, quo fit ut uirtus animalis refugiat ad suum principium, & ita partes extreme de pauperatę uirtute sensitina, & mottiua: cecidit eger ea ratione, qua in sincopi retrahitur sanguis una cum uirtute uitali ad cor. Aliud sinthoma ponit Auicenna

loco citato, nempe destructio uocis, idest amissio loquelæ; id enim contingit propterea quia ex magna lesione facta in cerebro subito decurrunt humores ad neruos, qui faciunt ad loquellã, ex quibus facta opilatione in ipsis neruis, non potest uirtus animalis transire ad ipsos neruos & hoc conuenit cum eo, quod dictum est, quando homo quasi dormiens iacet ex percussione facta in capite & ad hoc etiam facit aphorismus Hyppoc. 7. aphorismorum aphoris. 58. dicens, quibus cerebrum aliqua ex causa percussum fuerit, necesse est statim mutos fieri, & ita impeditur uox & id non solum contingit in læsionibus factis in cerebro à telo obtuso, sed etiam à telo acuto, quod ego semel uidi in quodam uulnerato in capite in oppido uiquerie, hic uulneratus audiebat sintiebat, uidebat, mouebatur quantum ad unam partem corporis, quia secundum alteram erat resolutus nõ poterat tamen loqui. Adit Celsus quod sanguis per aures & nares effluit, id contingit propter rupturã factam in aliqua uena subtilis minenge, quia ut diximus in anothomia ipsius, in eius substantia sunt uene magnæ, quæ corpus habent subtile, & id ego ter & quater uidi. Aliud sinthoma scribit Celsus, nempe uomitus qui fit propter magnam cõmunicantiam quam habet cerebrum cum uintriculo respectu unius paris neruorũ tendẽtium ad os uẽtriculi: ex quo fit magna noxa sentiente cerebro cum patitur uentriculus: perquam compassionem debilitatur, & propter debilitatẽ concurrit bilis ad ipsum uentriculum ex qua cum ledatur uentriculus insurgit ad expulsionem, & ita fit bilis uomitus hęc sunt igitur sinthomata, quæ ut plurimum consequuntur fracturam & collisionem ossis quamuis istis non apparentibus potest dubitari de lęsione osis, tertio dignosci potest lęsio in osse per tactum partis lesę: nempe si os est detectum diligenter inuestigando, cũ specilo ut sique leuis sit sisura posit inueniri sub labijs, diligenter etiam inuestigando, ut si specilum parum leni inter os & peri craneum penetrat,

trat, & id facit ad cognoſcendum ſi ſit fractura propinqua oſſi detecto: quem caſum recitat Hyppocr. ſub quinto modo lęſionis oſſis capitis. Item quandoq; dignoſcitur hæc fractura latens prope os detectum & ſiſura parua in oſſe detecto exiſtens, quæ propter eius exiguitatē latet, de qua Hyppocrates ſcripſit in primo modo lęſionis oſſis ſimiliter ſi os eſt colliſum abſq; deprędſſione, de qua ſcribit Hyppocr. in ſecundo modo lęſionis oſſis: hæc tria dignoſcuntur per oſſis percuſſionem factam cum pinzeta uel cum alio ſimili inſtrumento, & ſi dixerim ſuperius tres dictas lęſiones dignoſci per ſonum oſſis percuſſi, cum pinzeta uel alio ſimili inſtrumento melius dixerim, quia in percuſſione ſentitur ſonus obſcurus, & mutus quando os eſt lęſum, & quādo os non eſt læſum ſentitur ſonus clarus, et id dignoſcitur tantū a ualde expertis chirurgicis, ſi modo os non eſt detectum cognoſcitur fractura ipſius eo, quia tangendo locum percuſſum ſentitur ac ſi eſſet cutis, & non annexa oſſi Auicenna loco citato ponit aliud ſignum, quod ſumitur à ſenſu egri, & dicit quòd multoties infirmus tangit locū cum manu, & hoc proprie magnifacit ſignum Auicenna, cum dicat, & hoc proprie, & proinde dicit Hyppocr. in textu uolens oſtendere quibus medijs poteſt dignoſci os fractum.

VIDI VIDII.

REQVIRENDVM pręterea de homine qualiter uulneratus fuerit, & quomodo.

ITA ut uelit Hyppocr. Medicum diligenter inueſtigare, quomodo & qualiter uulneratus fuerit eger adit.

VIDI

VIDI VIDII.

SED, si manifestum non est, uiolatum necne os sit, multo adhuc magis interrogandum est nudato osse, qualiter uulneratus fuit, & quomodo, Nam quod ad ossa pertinet, quæ collisa esse solent, & fissa, non tamen apparere, ex ijs, quæ homo respondet, primo enitti debemus ad cognoscēdum, teneatur ne os aliqua tali noxa, deinde rem citra specillū ratione, & opera explorare, specillo enim non deprehenditur ullam ne os tali senserit noxam, uiolatumq; sit, an inuiolatum seruetur, sed id mali, ubi os uel ita incidisit, ut teli uestigium retineat, uel à suo statu recedēs descidit, aut uehementer rumpitur, quæ siquis intueatur, ipsis quoque oculis compraendet.

IN hoc textu Hyppocr. monet Medicum quem dicit debere esse diligentem in inuestigando utrum os sit uiolatum siue detectum siue non detectum & hoc diligentia perficitur si Medicus egrotantem interrogando quesierit quomodo uulneratus fuit & qualiter, nempe ut si fortis, & robustus fuerit ille qui eum percussit, si telum erat graue si concidit & reliqua similia de quib usin sequentibus dicemus, Adit Hyppocr.

VIDI VIDII.

FINDITVR aūt os rimis, & latentibus & conspicuis, colliditurq; sic, ut collisum nō appareat, & à suo statu recedens dessidit; ubi alter alterū de industria uulneret, magis quā ubi inuitus, cūq; a superiori loco telū, uel iaceat, uel manu tenens ꝑcutiat (utrūlibet eueniat) magis quā, quū ab ęquali: magis itē, quā cū robustus imbecilliorē uulnerat, inter eos, quibus in decidendo uulnerant, q̄ iusta os sunt, &

etiam

etiam os ipſum, quicunq; à loco maxime ſublimi ſuper duriſſimum quidpiam, & ualde hebes cadit, periclitatur ne ſibi os findatur collidatur, aut à ſuo ſtatu recedens deſidat, ei uerò, qui à loco equali ſuper quidpiam mollius decidit, os eiuſmodi noxas uel nullo modo, uel certe minus ſentit è telis autem, quæ ſuper caput cadentia uulnerāt, quę iuſta os ſunt, atq; etiam os ipſum, quod à loco maxime ſublimi & minime equali incidit, quodq; grauiſſimum, hebes admodū, & duriſſimū eſt, hoc findere os & collidere poteſt & minime, quod ab ęquali loco, minime, quod leue, minime itē, quod acutum & molle præcipue autem periclitatur os, ne ijs modis lędatur, cum ita uulneratur, ut è regione ad lineā telo occurrat, ſiue hoc manu teneatur, ſiue iaceatur, ſiue quid ſuper os incidat, ſiue homo ipſe cadens uulneretur, ſeu quomodocunq; percutiatur oſſe e ragione ad lineam, telo ipſi occurrente ſubtili uerò, quæ à latere feriunt os miminus finditur colliditur, ac deſſidit, quamuis nudatur quibuſdam enim uulneribus, ita illatis, ne nudatur quidem.

HYppocr. in iſto textu oſtendit qualiter contingat multis modis findi os rimis latentibus, & conſpicuis collidi quoq; ita, ut colliſum non appareat neq; à ſuo ſtatu os recedat; hos modos ſcribit, cum inquit ubi alter alterum de induſtria uulneret læditur tunc magis uulneratus quā ubi inuitus & non data opera id fecerit uulnerans. Item cum is qui uulnerat fuerit in loco alto uel proiceat telum uel manu id tenens percutiat (quomodocunque eueniat) magis ledit quam quando ab equali loco id ipſum contingat magis item ledit os percutiēs ubi robuſtus quā ubi debilis: Adit Hyppocr. alium modum læſionis oſſis, qui fit per hoc quod eger cadit ſeu concidit, & dicit inter eos quibus in decidendo uulnerantur ideſt quando homo decidit a ſublimiori loco inueſtigandum eſt non quid a loco ſublimi ſuper aliquid duriſſimum ceciderit hoc in caſu maximum periculum

riculum est ne os findatur collidatur, & à suo statu recedés dessidat magis quam si à loco parum sublimi concidat, & à loco equali & eo magis si super aliquod molle similiter decidat; caluaria huiuscemodi noxas uel nullo mō sentit, uel certe minus, Adit aliū modū læsionis, q̃ fit per hoc, qđ cadit aliquid ab alto, ut lapis uel lignū uel aliud tale, & dicit quod hæc magis ledunt si à loco ualde alto præcipue si id quod cadit fuerit inequale atq; grauissimum & admodum etiam durissimum, hæc quidem findere & collidere possunt, os ipsum; Minime uero ledit, quod cadit non multum ab alto, ad huc minus quando est leue minime adhuc quod est nō acutum & molle, subiungit & addit præcipue periclitari os ipsum ne fissuram collisionem, & ossis depræssionem patiatur secundum omnes modos dictos cum è directo telum occurrat capiti siue manu teneatur telum siue iaceatur, siue super os cadat aliquid graue siue ipse cadens uulneretur, seu quomodocunq; percutiatur modo lęsio è directo occurrat. Subdit postremò, si telum capiti occurrat à latere ipsius capitis tunc minus ledit minus findit, minus collidit ac dessidit, quamuis os nudatur quandoq; etiam non nudatur os & ita in summa Hyppocr. in isto textu uult, os capitis posse lædi tribus modis. Primò, ut si alter alterum percutiat. Secundo, ut si eger ab alto cadat. Tertio, ut si aliquid graue iruat super caput. Nam si alter alterum percutiat, magis ledit robustus quam imbecillis, item magis lędit si ex industria quam si inuitus seu à casu. Item si fuerit in loco sublimi hic qui percutit, quam si in loco humili, item qui leduntur propter casum magis leduntur si à sublimi loco cadat quā secus; similiter si super aliqua re dura ac eminenti, magis leduntur, quā si super re plana & molli, tertio modo si homo ledatur per hoc quod cadit aliquid ab alto, cadens graue durum & multum ab alto magis leditur percussus quam si id quod cadit sit leue, & molle atq; non multum ab alto cadat, similiter si è directo homo percutiatur quomodocunq;

fiat læsio, uel ab aliquo ex industria percutiente, uel per casum ab alto, uel si res grauis super caput iruat magis lęditur uulneratus si e directo uulneratur, quam secus, & quando lęditur caput à latere ita quod læsio à latere proueniat minus lęditur os, quamuis sit detectum, quandoq; uero non detegitur os. Adit Hyppocr.

VIDI VIDII.

EX telis autem id potissimum os findit rimis & latentibus & conspicuis collidit, & ita perrumpit, ut dessidat, quod terres est, orbiculatum, planum, retusum, grauaue, & durum, idem quoq; carnem collidit, maturat & lacerat; uulnera præterea sub eiusmodi telis a lateribus, & in orbem caua fiunt purulenta magis, atq; humida, & longiori tempore purgantur, necesse enim est collisam carnem detritamque in pus uersam Thabessere, tela uerò oblonga ad multam partem tenuia, acuta, & leuia, carnem ita incidũt, & os similiter, vt per totum penetret, magis quam collidat, telum autem sic incidens in osse relinquit sedem, eiusmodi autem noxa & sedes idem est, uerum hæc tela non admodũ os collidunt, aut findunt, aut ita perrumpunt, ut à suo statu recedens desidat.

DIfusè scripsit Hyppocrates coniecturas capiendas à læsione ossis respectu ictus; Nunc uerò prosequitur in declaratione eorum, quæ faciunt ad coniecturas sumendas à telis acutis, dicit igitur telum, quod potissimum os findit rimis latentibus, & conspicuis atque collidit, & ita pręrumpit & descidat, nempe os quod theres est orbiculatum; Planũ, retusum graue & durum. Dicit quod idem telum carnem collidit maturat, & lacerat, idest contundit, & disrũpit propterea, quia fit solutio cõtinui multi numeri, quandoque cũ uulnere, & ita lacerat, quandoque sine uulnere; subiungit quod

quod uulnera, sub eiusmodi telis in orbem caua fiunt purulenta magis atque humida, & longiori tempore purgantur rationem horum subiungit dicens, necesse est collisam carnem detritamque in pus uersam tabescere, idest putrefieri, cum itaque caro contusa detrita de necessitate putrefiat, sequitur, ut ulcus fiat cauum, fiunt purulenta atque humida propter eandem rationem, cum caro putrefiat longiori tempore purgantur, quia antequam illa caro putrefiat, & ulcus mundificetur requiritur longius tempus, adhoc propositũ clariorem habet sententiam Hyppocrates in tractatu de ulceribus dicens: omne contusum necesse est putrefieri, & in saniem uerti. Addit Hyppoc. tela uero oblonga ad multã partem tenuia; Acuta & leuia hæc tela inquam incidunt, idest uulnerant, & carnem & os similiter, ut per totum pene trent, & non collidunt, telum istud acutum seu incidens in osse relinquit sedem. Inueni Hyppocratem alibi per sedem intelligere extremam partem incisionis ossis, quæ fundum dicitur aliubi uero intelligere per sedem totam noxam factam in osse à telo acuto seu incidente, & hoc modo capit in hac parte, primo modo, uidetur Hyppocrates accipere, ut in quarto modo læsionis capitis declarat, subiungit quod hæc tela scilicet acuta non collidunt os non findunt nec ipsum perrumpunt ita ut à suo statu desidant, seu deprimantur, addit Hyppocr.

VIDI VIDII.

OMNIA uerò hæc præter id, quod in osse oculis compræhenditur requirenda sunt, grauioris enim, uel leuioris plage inditia sunt: Ad hæc si offensus sine sensu, quasi dormiens iacuerit, si oculi obcecati fuerint si uertigo ipsum occupauerit si conciderit.

SCriptis inditijs ab Hyppocrate, quibus possumus coniectura rationali deuenire in cognitionem læsionis ossis non apparentis, quæ se tenet ex parte ictus & causarũ; nunc ostendit coniecturas, quæ sumuntur ex parte accidentium. Hæc igitur est sententia Hyppocratis, siue os sit detectum in quo non apparet aliqua læsio, siue non sit detectum percontandum est ab ægrotante, aut ab astantibus, quando eger incidit in capitis læsionem, numquid offensus fine sensu quasi dormiens iacuerit, uel ne quoniam tale accidens solet euenire eo tempore quo caput percussionem recipit magnam, & dicitur ab Auicen. in 5. fen. 4. tract. de fract. cranei, apoplesia aut si oculi obcecati fuerint, quod accidens Auic. loco citato scotomiam uocat, uel si uertigo ipsum occupauerit. Itẽ si conciderit hæc enim quatuor synthomata sunt inditia grauioris læsionis atque maximam faciunt suspitionẽ de ossis noxa, causa cur hæc sinpthomata fiant, est ut forte superius diximus qm̃ ex magno ictu agitantur humores, qui cũ raptum habeãt ad uintriculos prohibent, quo minus uirtus animalis sensitiua, & mottiua transeat per neruos ad corpus uniuersum, obcecantur oculi siue fit scotomia propterea, quia ex percussione agitantur uapores in cerebro, qui in missentur cum spiritibus uisiuis, & ita offuscatur uisus quandoque isti uapores tendunt ad uentriculos cerebri, & secundum quod in girum mouentur faciunt hominem immaginari, ut totum id quod uident in girum tendat concidit percussus, quia cerebrum ex percussione multum læditur quapropter uirtus animalis ad suum principium recurrit, & ita remanent partes extreme priuate uirtute, quapropter concidunt percussi, ea ratione qua ex retractione spirituum uitalium ad cor homo incidit in animi deliquium. Apparẽtibus igitur istis simpthomatibus magnã faciunt suspitionẽ lęsionis ossis, Alia scribit simpthomata Cornelius Celsus in 8. lib. cap. 4. quæ sunt eiusmodi, quandoq; eger fit mutus, quandoq; fit uomitus bilis, & quandoq; egreditur

sanguis per os per nares & per aures; mutus fit homo, quia per capitis percussionem subito materia aliqua raptum habet ad neruos qui faciunt ad loquellam, Nam isti uident. Audiunt,& sentiunt: nou loquũtur in proposito dicit Hyp. 7.aphorismorum aphorismo 14. in percussione capitis, stupor,aut dessipientia malum Gal. in comento stupor seu obstupessentia, quod idem est cum muto fit quando eger non dicit aliquid. Neq; agit sed apertis oculis quietus manet similes his qui ex timore sunt atoniti, ex ijs sequitur, quod aliud simpthoma ultra prædicta fieri potest ex percussione in capite, Nempe dessipientia, quod accidens in hoc consistit ut homo agat uel dicat id quod minime rationi consonum est; hæc ambo simpthomata non contingunt in percussione capitis nisi propter magnam cerebri lęsionem in quo stat uirtus ratiocinatrix fit uomitus bilis, quia ad cerebri lęsionem sequitur lęsio ad uentriculum propter consensum quem habet uentriculus cũ cerebro respectu unius paris neruorum ortorum à cerebro, qui ad os uentriculi tendunt, proinde Gal.in 3.de locis affectis cap.7.Asseuerat, qđ ad lęsionem cerebri sequitur lęsio uentriculi, & ad læsionem uentriculi sequitur læsio cerebri,& quod plus est loco citato dicit Gal.quòd semper ad fracturam cranei sequitur uomitus,noua traductio non dicit semper & proinde uidi aliquos patientes fracturam cranei non pati uomitum, egreditur sanguis per aures per nares & per palatum, quia rumpitur aliqua uena in subtili mininga,&id accidens quãdoq; uidi cum cranei fractura,& quandoq; sine cranei fractura, quare hæc simpthomata scripta ab Hyppocr. in hoc tract. & à Celso loco citato septem numero sunt uidelicet, Apoplesia,oculorum offuscatio,seu scotomia,casus subitus a percussione uertigo & hæc quatuor ponuntur ab Hyppo. in isto tractatu aduntur insuper à Celso, ut eger mutus fiat, quam sententiam accepit ab Hyppocr. 2.aphorismorum aphorismo in quo dicit quibuscunq; aliqua ex causa cere-

brum

brum concussum fuerit hos mutos necesse est fieri. Adit Celsus, uomitnm fieri propter læsionem ipsius cerebri cuius ratione compatitur uentriculus, ut dictum est: sanguinis exitus à narib. ab auribus & ab orte, propter rupturam uenæ in subtili mininga, ut etiam diximus ex ijs simpthomatibus aliqua sunt, quæ subito contingunt facta percussione in capite, ut est concidere seu cadere egrotanté, apoplesia oculorum obscuritas & uertigo, quæ tria simpthomata sequitur (ut plurimũ) casum seu concidentiam; Alia tria nempe ut eger mutus fiat, uomitus & fluxus sanguinis, possunt cõtingere statim post percussionem, possunt etiam superuenire post tempus, egressus sanguinis per nares & aures fit semper à principio. Istud accidens ut mutus fiat eger, est distinctum ab apoplesia & arbitror, quod possit fieri statim à percussione, & possit etiam superuenire, & non solum in percussione capitis sed etiam ex magno uulnere cum cerebri læsione, & id ego semel uidi in quodam exequutore, uulnerato a Magnifico Domino Ioan. Durono Butigella in opido uiquerie. Alia sunt simpthomata quæ quandoque solent superuenire percussionibus & uulneribus magnis capitis, nẽpe spasmus in opposita parte corporis parti capitis percusso, ut dicit Hyppoc. percussa seu uulnerata parte sinistra capitis, fit conuulsio seu spasmns, in parte destra corporis, & è cõuerso lexa parte dextra capitis fit cõuulsio in parte sinistra corporis, intelligendo quod tota pars corporis opposita parti capitis lexę sit conuulsa ita ut & manus, & brachium, crusq; & pes conuelantur Nicolaus Florentinus reddit triplicem rationem huius conuulsionis satis obscuram uidus uidius asseuerat hius rationem ingnorare, ego autem soleo ita dicere, quod ex magna lęsione facta in una parte corporis (nempe in dextra, aut sinistra) egri concidunt super parte opposita capitis, quo fit ut humores in cerebro agitentur, & statim raptum habent ad nucham & ipsam replẽt, ex qua repletione abbreuiatur, & in eius abbre-

uiatione nerui omnes uersus suam originem trhauntur, & ita fit spasmus de repletione eo modo quo diximus in expositione tractatus de uulneribus & de ulceribus Hyppoc. & de mente Gal. in libello de spasmo, potest etiam fieri hęc conuulsio non proportionata ad materiam ita, ut interpolatis horis fiat ista conuulsio quam Auicēna uocat conuulsionem non proportionatam ad materiam, quæ hoc in casu fieri potest, ut ex casu præcipitet materia aliqua ad nucham quæ in substantiam nuce ingredi potest in pauca quantitate tamen, ita ut non possit sua repletione abbreuiare nuchā ex qua materia statutis tēporibus eleuātur uapores a quibus fit conuulsio interpolata, uel fieri potest ut materia pręcipitet in partem propinquam nncæ, a qua eleuātur uapores & ingredientes substantiam nuce faciunt conuulsionē ut dictum est, & quod istud fieri possit, est clara sententia Auicennæ in j. 3. tractatu, primo cap. de paralesi. ubi dicit quod ex timore subito quandoq; pręcipitantur materie ad nucham & faciunt resolutionē: eadem rōe, Dico de conuulsione, Auicenna in 3. lib. fen j. tractatu 3. cap. ultimo dicit ex uulnere capitis fieri conuulsionē in parte opposita scilicet corporis atq; resolutionem in eadē parte corporis quæ resolutio fit propter multitudinem materierum subtilium trahentium raptum ad nucham, quarum ratione fit opilatio, ita ut uirtus animalis nempe mottiua, & sensitiua non possit transire ad membra, unde fit ut priuentur membra mottu & sensu; hanc resolutionem diminutam semel uidi in Illustri Domino Nicolao Montesia de quo sermo factus est superius, uulnus erat in parte sinistra capitis & resolutio facta est diminuta in parte dextra corporis, & fuit absque conuulsione. Alium uidi uulneratum in parte dextra capitis & facta est resolutio in eadem parte corporis, & id uidi in uulnerato superius dicto, item istis uulneribus capitis magnis potest superuenire Epilepsia, quam semel uidi in Domino Paulo de Nouate Mediolanensi, scolastico, qui

uulnere maximo fuit uulneratus secundum medium capitis uerum aliquantisper uersus partē dextram tēdebat uulnus, & erat uulnus maximum cum incisione substantie cerebri magna & profonda; ita ut cum uidissem eum in prima uisitatione Iudicaui ipsum breui tempore moriturum, sors tulit ut semper in melius tenderet usq; ad decimam quartā decima quarta die correptus fuit epilepsia magna, & ita in tribus diebus perijt, cum maxima mei displicentia, quia hic iuuenis erat mihi maxima amicitia coniunctus, & etiā quia erat ueluti miraculum ubi sanus effectus fuisset, ut debebat per rationem fieri postquam in meglius semper se habuit usq; ad decimam quartam, unde maxime mirabar de sympthomate, quod superuenerat epilepsia.s. & percunctabar an aliquis error contigisset tandem alloquutus suum quēdam eius domesticum qui retulit mihi, quod causa mortis fuit, quia Domina illius Donus erat illi amica & dum frictiones exerceret fricuit penem & inde in polutionem deuenit & statim eadem die correptus est epilepsia, & perijt ut dixi quamobrem ab eo tempore citra nolui mulieres tractare uulneratos in capite neq; etiam proprias uxores proinde Medicos & chirurgos moneo atque animaduerto ut nullo pacto permittant seruitutem mulierum in uulneratis in capite præcipue, & erat hic iuuenis consanguineus Præsidis Raynoldi. His declaratis quæ ab Hyppocr. Auicenna Cels. & ab Egineta in locis citatis scripta sunt ad cognoscēdam noxam in osse existentem nunc super est, ut aliqua dicamus scripta à Modernis in quibus ego parum confido ea tamen recensere arbitratus sum ut nihil intentatum relinquatur ista sunt ut si eger dentibus nodum paleæ frangat, aut coriandrum uel aliud simile tunc.n. aiunt si eger sentit noxam in parte percussa est signum fracturę ossis; sin minus secus est, item si eger cordam pectinis uel filum inceratum cum dentibus teneat, alter uerò assistens.s. trahat ipsam cordam atq; eam pulset tunc si os est fractum, eger non potest

tolerare sonum cordę, item & tertio si ponatur emplastrũ ex mastice cum albumine oui, & applicetur nudato osse, uel non nudato dicunt existente fissura in osse exiccari emplastrum illud potissimum ea in parte quæ e directo ei obuiat, & dicunt istud fieri calore egredeunte per sisuram seu fracturam: aliud ponitur signum, quod sumitur à percussione facta in capite cum baculo sicco non multum magno & de salice; & dicunt quando os est fractum, non fracta cute sonus à percussione illius ligni uel baculi est mutus, seu obscurus, si uero os est integrum sonus est clarus, osse deinde detecto existente percutitur tunc illud cum pinzeta, uel alio simili instrumento, & ubi sonus est clarus integrum est os ubi tandem sonus est obscurus & mutus illud fractum est, & de hoc signo seu sono, ego aliquantisper confido, præcipuè osse existente detecto. Scribit insuper Hyppocr.

VIDI VIDII.

AT ubi os à telo nudetur plaga ad suturas existente, dificile est asserere de teli sede; Relictum ne sit eius uestigium in osse, ubi id in ipsa sutura accidat, quod in alio osse manifestum est: Sutura enim una cum ipso conspicitur, Reliquo osse asperior. Neq; constat, teli ne sedes sit, An sutura, nisi sedes late admodũ pateat. Adicitur etiã sedi rima, plerunq; ubi sedes ipsis suturis accidit: cunq; os finditur fissum affirmare dificilius est propterea, quod rima si accidit, plerunq; suturas occupet, prõpte enim hac parte os finditur, & resoluitur eo, quod natura tenuuius sit, ac magis rarum, quodq; sutura facile findatur ac resoluatur. Alia uero ossa, quibus sutura continetur non finduntur. Quoniam hac firmiora sunt. At rima ad suturam, suture quoq; resolutio est, quam non facile est asserere, neq; ubi à teli sede in sutura proficiscatur confinditnr & resoluitur. Neque ubi sutura finditur, & resoluitur propterea, quod os & ca-

ro collidatur uerum dificilius ad huc est asserere; Num fissum os sit propterea, quod collisum, quandoquidem suture quæ rime speciem referunt, & reliquo osse asperiore sunt, Medici animum atq; oculos fallunt, nisi os uehementer resoluatur, atq; incidatur, ut telū per totum penetret; Huiusmodi enim malum & sedes idem est: Oportet autem, si uulnus ad suturas fuerit, & telum ossi insederit, diligenter animum aduertere, ut inuestigemus, qua noxa os teneatur, cum à simili telo eiusdemq; magnitudinis, aut etiam minori, ictuq; graui uel etiam leuiori, multo magis homo ledatur, si telum suturas attingit, quam si alias partes.

IN hoc textu obscuro propter malam, crediderim ego codicis scripturam Hyppocr. sententia, obscura redditur, ut tamen sententiam & opinionem Hyppocr. una cum ratione comprobemus dicerem ipse talem ut arbitror esse authoris mentem, nempe quando os leditur parte aliqua in qua sutura sit & uulnus sit supra ipsam saturam, potest os ledi & tamen noxa non erit perspicua, siue illata sit à telo obtuso, siue à telo acuto, propterea, quia si à telo obtuso fuerit, fieri potest lęsio in ipsa sutura, ita ut una pars ossis per suturam cum alio osse coniuncta sit uel ambe partes noxam recipere possunt, quia hac in parte os facilius noxam recipit quam in alijs partibus, cum sit debilius, possumus etiam in maginari os posse patti fissuram prope suturam quæ tamen paruitate ipsius nō erit perspicua præterea à telo acuto potest ledi os in ipsamet sutura, quod malum non apparebit, id enim malum sedem uocat Hyppocr. & proinde dicit hoc eueniente casu ut per telum obtusum aut acutum offendatur sutura, fieri potest ut oculi Medici & mens ipsorum fallantur propterea, quia sedes nō apparet, nisi in magna lęsione: per sedem intelligēdo fundum uulneris ut dixi. Hijs habitis & declaratis, apparet quod duę noxæ in osse fieri possunt, nempe in suturis ultra duas noxas superius

dictas,

dictas, quarũ altera est ut à telo acuto noxa fiat in ipsamet sutura,& tamen non apparebit ueluti in suturis rectis & absque, dentibus existentibus alia est ut à telo obtuso altera pars ossis uel ambę, quibus fit sutura, lędantur & tamẽ ut dixi lęsio non apparebit, ad quam lęsionem siue fiat à telo obtuso siue à telo acuto semper sequitur magna lęsio in nerulis ex porrectis à dura matre supra craneum, à quibus gignitur pericraneum ut diximus in superioribus, item disrupuntur uenulæ ex porrecte similiter à dura matre supra craneum & à craneo sub osse ipso, Aliæ duę noxę non apparẽtes in osse, de quibus diximus sunt rima & collisio, & ita in summa quatuor erunt lęsiones contingentes in osse nõ apparentes diuisionib. subscriptis addendus est casus mirabilis, de quodam nobili uulnerato in capite, cum magna cerebri incisione & eiusdem cerebri deperditione, ubi superuenit conuulsio, quæ per multum tempus egrum afflixit. Reliquum est ut de prognostico sermonem faciamus. In primis uidendum est, quid sit prognosticum. Secundò quotuplex illud sit. Tertio de quo prognostico intelligat Hyppo. in hoc tractatu. Quartò quid faciat prognosticum ad Medicum. Quantum ad primum ut uideor mihi uidere prognosticum est sermo, per quem pronunciantur, quæ futura sunt fieri in egrotantibus, Nempe si eger est conualeturus aut moriturus, si cito conualeturus, aut cito moriturus, si ualeturus cum lęsione alicuius membri, aut cum deperditione, uel cum ualeturus est absq; quod noxa remaneat aliquo in membro, secũdo prognosticum est triplex ut nostro proposito in seruit. aliud sumitur in febribus. Aliud in apostematibus, & aliud in uulneribus, & capitis præcipue de hoc prognostico sumpto ex uulneribus capitis sermonem facturi sumus, ad mentem Hyppocr. Exponendo quodcunq; dixerit ipse in hoc tractatu. Quartum, quod uenit inuestigandum est uidere, quid faciat prognosticum ad Medicum, istud declarat Hyppocr. in primo prognosticorum primo, & Gal. in

quid sit prognosticum.

 comento,

comento, dicit Hyppocr. de melioribus rebus est, ut Medicus utatnr præuisione, idest pronunciatione, intelligendo per pronunciationem sermonem per quem prædicitur, id quod futurum est fieri in egrotante Gal. super eo tex. tria commoda consequi à Medico recte prognosticante asserit. Primum commodum est, ut si eger perijerit prauitate morbi subterfugit uulgi calumnias, quia non potest dici, quod Medicus fuerit causa mortis egrotantis cum iam mortem prædixerit adde si in longum protrahitur morbus, uel mãchus remanet eger ex aliquo membro post sanitatem, ueluti contingit in ijs qui passi sunt sectionem nerui aut corde, non potest dici, quod Medicus horum causa fuerit, Aliud commodum consequitur Medicus & egrotus, quia præparat Medicus remedia ad simpthomata, quę futura fieri, sunt exẽpli causa si eger fuerit uulneratus in parte neruosa per rationem sit Medicus ad illud uulnus consequuturum esse dolorem uehementem quare pręparat remedia, quæ faciũt ad sedationem doloris, qua propter uel non fit dolor uel minor fit. Tertium commodum est, ut egri libentius se exponãt in manibus Medici & obediant magis atq; Medico fidem adhibeant, qua de re ex recto prognostico Medicus euitat calũnias & maledictiones, adipiscitur gloriam ex hoc quod libeuter egri in manibus ipsius se comitũt ex quibus sequitur aliud quod. s. adipiscitur maius lucrum sequitur etiam maius cõmodum egrotantibus ut diximus, quia Medicus præparat remedia ad simpthomata quæ futura fieri sunt, & quod plus est propter confidentiam quam habent egrotantes facilius sanantur, & proinde Gal. sententiam habet auream in fine comenti, ubi dicit quod ille medicus plures sanat in quo plures confidunt, ecce quod Hyppocr. magnifacit gloriam Medici nõ solum loco allegato, sed etiam pluribus in locis præcipue in isto tractatu eo textu in quo dicit.

VIDI VIDII.

SPECTARE autem in primis conuenit, qua partē capitis homo uulneratus sit, num imbecilliori, & capillos iusta uulnus intueri, Namq; ubi telo incisi fuerint, & in ipsa plaga contineantur uerisimile est os nudatum esse, quod cum euenit asserēdum est uiolatum fuisse à telo. Hęc anima aduertenda sunt dicēdaq; priusquam manus homini inijciatur.

IDEM uoluit Hyppocrates in textu ubi scribit, ubicunque autem ex uulnere inter eundum sit, &c. Istud- met scribit in libro de Medici officina. Hijs declaratis scire conuenit Hyppocr. sumpsisse prognosticum in uulneribus capitis pro ratione habita ad diuersas capitis partes. Secundo considerando ætatem. Tertio considerādo anni tempus, & proinde quæ scripsit Hyppocr. fatientia ad prognosticum in uulneribus capitis, omnia adducam cum eorum interpretatione. Scribit igitur Hyppocr. secundū Traductionem Calui in initio huius libri. Capitis quidē uulnera nulla contemnito &c. Noua Traductio Vidi Vidij nullam de hoc mentionē facit; est tamen sententia digna Hyppocr. propterea, quia experientia docet uulneratos in cute tantum quandoq; mori, ratio huius est propterea quia ut supra notauimus, dum sermonem haberemus de cutis anothomia, diximus eam habere cōnexionem cum pericraneo & pericraneum cum dura minenga cum ab ipsa originem ducat mediantibus neruulis ex porrectis ab ipsa ut dictum est superius, dura mininga cōmunicat cerebro, quia ipsum ambit & secundum dextrum & sinistrum diuidit ipsum cerebrum, quo factum est, ut si fiat inflammatio in cute, ut plurimum communicatur pericraneo, à pericraneo ad duram miningam à dura mininga ad cerebrum communicata lęsione cerebro cum sit membrum principale communicatur

toto

toto corpori, & ita quandoq; eger perijt ex sola cutis incisione. Insuper scribit Hyppocr. quod uulnera, quæ fiunt in parte anteriore capitis sunt deteriora reliquis oībus uulneribus in capite factis dicens.

VIDI VIDII.

QVOD ad crassitudinem & tenuitatem, ex uniuerso caluarię osse id tenuissimum est, & infirmissimum, quod inter frontem & uerticem est, idemq; paucissima & tenuissima carne contegitur, ac item parte plurimū cerebri subest quamobrem, ubi uulnus ac talum quale sit, uel etiam minus, ictus similis aut lęuior, os hac parte magis colliditur finditur, ac dessidit, in quo casu res magis ad interitum præcipitat, maiori negocio curatur, & uitatur mors, quam cum id incidit, quamlibet alia capitis parte ex pari item uulnere, pari ictu ubi alioquin plaga lętalis sit, homo cælerius moritur, cum hac parte caluarię percussus est, quā cum alia quauis, quoniam cerebrū inter frontem & uerticem celerime ac maxime sentit id malum, quod accepit os & caro tegitur enim hac parte osse tenuissimo, carne item pauca; plurimumq; cerebri inter frontem & uerticem continetur.

HAc in parte Hyppocr. adeo clarus est ut non egeat expositione attamen breuiter aliqua dicam, uult Hypp. uulnera & ictus facta in parte anteriori capitis, nempe inter commissuram coronalem & frontem esse periculosiora uulnerib. & ictibus factis in alijs partibus capitis, triplici ratione. Prima quia os est imbecillius ea in parte, quam in reliquis, secunda quia plurimum cerebri subest & est uulnus è directo uentriculis anterioribus, tertia quia tegitur cute & carne subtilioribus: & est ea pars capitis, in qua apparet cerebri motus in pueris. Secundus locus periculosus in

capite

capite est locus in temporibus, propterea quia tempora habent iuncturam mandibulæ inferioris, quæ in osse capitis committitur, quæ sursum & deorsum mouetur mediātibus musculis, qui mottum habent à tertio pari neruorum, ortū ducentiū à cerebri substantia, quo fit ut nulla iunctura moueatur à musculis mottum trahentibus à neruis, adeo propinquis cerebro, ueluti mandibula, secundo tempora sunt propinqua neruis auditus, tertio per tempora transit uena magna intelligendo per uenā arteriam; istis tribus de caussis uulnera facta in temporibus sunt periculosiora uulneribus factis in alijs partibus capitis, sincipite excepto, & proinde dicit Hyppocrates.

VIDI VIDII.

EX Cæteris os temporum infirmissimum est, quod maxilla in tempore cum caluariæ cōmittatur, & sursum ac deorsum moueatur articuli modo, Quod iuxta sit iter, per quod facultas audiendi est, Quod uena caua est ualida per tempus intendat.

HIc textus etiam per se clarus, est cum ultra rationes dictas os ipsum sit imbecille, Adit Hyppocr.

VIDI VIDII.

EX uniuersa caluaria id, quod post aures & uerticem est robustius est, & carne continetur copiosiore atq; altiore, quā omne id, quod à priori parte est, Quo circa ubi uulnera, ac tela paria similiaq; omnia sint, uel etiam maiora, Atq; homo equaliter, uel etiam grauius percutiatur, ac parte caluariȩ minus finditur, & colliditur. Ac si alioquin ex uulnere homini intereundum sit, noxa in posteriori parte existente diutius trahitur, cum os ob crassitudinem

diutur-

diuturniori tempore pus contrahatur, & inferius ad cerebrum transfondat. Præterea hac parte minus cerebri subest: plerunq; ex ijs, qui posteriori caluarię parte uulnerantur: Plures mortem euadunt. Quam ex ijs, qui in priori.

VVlt Hyppocr. quod uulnera, quæ sunt post aures, & uerticem (intelligendo per uerticem medium capitis) diuidens secundum dextrum & sinistrum ea parte qua uertix fit in capilis, seu ex capilis mulierum atq; hominum sumendo uerticem è directo ab auribus uersus partem posteriorem capitis, uulnera hac in parte sunt minus periculosa quia à plurima carne cõtegitur os & os ipsum robustius est, quæ ambo nõ sunt in priori par te capitis, Quamobrem ubi uulnera ac tela paria sint uel etiã maiora atq; homo equaliter, uel etiam grauius percutiatur in hac parte caluaria minus finditur & colliditur. Quo factum est, ut uelit Hyppoc. concludere, quod hac in parte uulnera sunt minus periculosa, quam in sincipite, & in temporibus intelligendo per sinciput partem anteriorem capitis, quæ est inter commissuram coronalem, & frontem; Quapropter uulnera omnia facta post aures & ab equali telo paria, & etiam maiora factis in locis iã dictis sunt minus periculosa, esto quòd eger grauius percutiatur. Et si aliquis interiturus sit ex uulnere facto in posteriori parte no:a diutius cerebro comunicatur, propter ossis crassitudinem, & tarditatem noxe cerebro cõmunicantis, tardèque pus contrahitur ob ipsam ossis crassitudinem. Item & quia minus cerebri subest. Ade quod cerebrum est densius quo fit ut tardius noxam sentiat, addit Hyppocrates, quapropter plerunque ex ijs qui uulneratur in hac parte caluarie plures mortem euadunt, quam ex ijs qui in priori parte, adit Hyppocr.

VIDI VIDII.

SVTVRA, quæ nudato osse in plaga conspicitur, quacunq; parte capitis, uulnerata telum suture insederit, ad residendum & ictui, & telo infirmissima est, ut cum maxime ubi regio inter frontem & uerticem, qua caput infirmissimum est, percussa fuerit ad suturas, quas telum attigerit.

ASserit Hyppocr. quod uulnera, quæ fiunt supra suturas sunt periculosiora propterea, quia ea in parte os est magis imbecille pręcipue si fuerit inter frontem, & uerticē. Adde quod ex ipsis suturis egrediuntur neruuli à dura matre ex porrecti ex quibus contexitur pericraneum egrediumtur uenule sub osse supra os & à supra osse subtus ut superius diximus quo factum est ut ex uulnere supra suturas facto & neruule & uene ledātur ex quorum lęsione con sequi potest ut dura mater à craneo disiungatur disruptis nerulis fieri quoq; potest ut noxa facilius cerebro inducatur. Item ut ex uenularum disruptione agregitur sanguis sub osse, qui tractu temporis putrefactus praua symptomata inducere potest ut superius etiam dictum fuit.

VIDI VIDII.

PVERORVM ossa, tenuiora sunt & meliora, quoniam plus sanguinis habent, & caua sunt non dura, non densa, non firma; atq; ubi à telo pari, uel etiam imbecilliori ęqualiter aut etiam lęuius uul neretur tenuioris pueri os magis ac cicius purulētum euadit quam robustioris, Quod si uulnus alioquin mortiferum sit, cicius decedit tener, quam robustus annis.

IN isto textu Hyppocr. hanc habet sententiam; periculosiora sunt & magis mortalia uulnera facta in capitibus puerorum quam in ijs qui maiorem habent ætatem, esto quod uulnera & tela sint minora, rationem reddit dicens, quòd ossa puerorum sunt teneriora ac meliora, & plus sanguinis habent sunt caua, non dura non densa qua propter os pueri magis ac cicius purulentum euadit, quibus omnibus de causis concludit Hyppocr. uulnus in capite pueri esse periculosius & si est mortiferum cicius ad mortem accelerat quam in ijs qui maiorem habet ętatem. Adit insuper Hyppocr. quod qui ex capitis uulnere perituri sunt, diutius uiuunt in hyeme, quam in extate dicens. Hyeme autem offensus diutius uiuit, quam estate ubi alioquin ex uulnere quacunq; parte capitis fuerit interiturus sit. Ratio huius est, q̄a hyeme calor naturalis est robustior in capite quam in ęstate, item & secundo, quia si sanguis fuerit sub osse, tardius putrefit in hyeme quam in ęstate, & proinde iure optimo dixit Hyppocr. in tractatu de ulceribus, quòd tempus anni frigidum seu frigida tempestas, magis cōgrua est uulneribus capitis & uentris quam ęstas & calida tempestas. Ratio est quam diximus, dubitationes demum quæ contingunt circa hanc partem sunt sublatę in expositione textus allegati in tractatu de ulceribus, quæ non sunt pauci momenti dixit etiam Hyppocr. Quicunq; ex capitis uulnere periturus est diutius uiuit si fuerit in parte posteriore quā si in reliquis partibus capitis. Ratio est quia os est magis densum & cerebrum in substātia est quoq; magis densum; quo fit ut terdius noxam sentiat. Placuit etiam Hyppocr. cum Medicus accedit ad aliquem uulneratum in capite, ut intueatur uulnus & si uiderit capilos infusos in uulnere prognosticetur de ossis lęsione, & de hoc superius late diximus Rursus scribit Hyppocr.

VIDI VIDII.

MALVM autem in ulcere carnem humidam esse, hebetem, & diuturniori tempore purgari; Danda uerò opera est, ut ulcus quã celerrimè suppuret, hoc enim pacto, quæ iusta sunt, inflãmari non poterunt, ipsumq; purum quam celerrime efficietur necesse enim est laceratã collisamq; à telo carnem in pus uersam Thabescere postquã purgata erit, siccari ulcus debet. Nam sic maturè admodum sanescet, & caro non humida, sed sicca producetur. Sic etiam in ulcere caro minime supercrescet.

HYppocr. sententia in hoc textu est, nam dicit quod malum est carnem esse humidam hebetim, & diuturniori tempore purgari idest malum est etiam carnem esse tardam & tempore diuturniori purgari: Quapropter danda est opera ut ulcus quam cicius suppuret, Quare si suppuret quæ sunt iusta ulcus non inflammantur ipsumq; ulcus purum quam celerrime redditur: Propterea quia necesse est carnem laceratam contusamq; à telo in pus degenerare: & postquam ipsa caro uersa fuerit in pus, ulcus eget exiccantibus & abstergentibus istud dixit Hyppocr. quoniam caro contusa & lacerata si putrefieri debet calida & humida ex postulat, quæ ulceri ut ulcus inimicantur quapropter recte curatur ulcus, Quando adest contusio inducendo pus calidis & humidis, donec totum contusum putrefiat, quo pacto mundificandum & exsiccandum est ulcus ope cuius exsiccationis & mundificationis gignitur caro, & ulcus sanatur. Alio in textu habet Hyppocr.

VIDI VIDII.

VBicunq; autem ex uulnere inter eundum sit. Neq; possit homo sanitatem recipere, neq; seruari ex ijs notis intelligere

telligere conuenit moriturum, & quod futurum est, præsignificare. Hæc enim egrotanti accidunt, cum quis fractũ esse os percepit, siue fissum sit, siue collisum siue quouis modo ruptum, neq; id radat, neq; secet quasi non egeat, & inuiolatum sit, Hyeme plerunq; ante quartum decimũ diem ęstate post septimum febris accedit: Quæ cum superuenit uulnus reddit, non sui coloris, & saniem modicam effundit, Quodq; ex ipso inflammatum est, emoritur glutinosum efficitur, & carnem sale conditam repræsentat, ruffum, subliuidium, tuncq; corrumpi os incipit, & nigrum fit, lęue existens tandem sub pallidum se ostendit, uel albidum. At ubi iam purulentum est pustulle in lingua nascuntur, & laborãs mente non constante consumitur plerisq; etiam neruorum distentio in altera parte corporis super nascitur, siquidem uulnus in sinistra parte capitis fuerit neruorum distentio dextram corporis occupat: Si dextra capitis uulnerata sit nerui in sinistra corporis distenduntur, sunt & qui attoniti fiunt, sicq; ęstate ante septimũ diem, Hyeme ante quartum decimum pereunt idem uerò significant hæc inditia uetusto uulnere atq; recenti.

IN hac parte Hyppocr. quędam ualde necessaria ostendit, quæ ad prognosticum attinẽt, quando aliquis medelam adhibet uulnerato capiti cum ossis fractura, & uulnus ipsum curat, ac si os non esset fractum & ac si non egeret sectione, aut abrasione, multotiens ante decimam quartam in hyeme æstate post septimã febris accedit. Ratio est, quia materia aliqua sub osse contenta exitum non habens putrefit, cuius ratione incalescit locus in quo continetur incalescunt quoq; arteriæ eo in loco existentes, quibus incalefactis ducitur caliditas ad cor, & ita accéditur febris cicius in æstate propter calorem, tardius in hyeme propter aeris frigiditatem resistentem putrefactioni; Ad quam febrem sequitur decoloratio ipsius uulneris, cum calor naturalis

imbecillis

imbecillis reddatut ab ipsa febre, saniem modicam effundit propter eandem rationem; Quod si inflammatum fuerit uulnus, inflãmatio ipsa emoritur siue extinguitur propter eandem rationem glutinosum quoq; efficitur dictum uulnus & carni sale conditæ assimilatur propter iam dictam ratione rufum etiam & subliuidum redditur uulnus propter imbecillitatem innati caloris similiter, & tunc os incipit corrumpi & nigrum fieri lęue seu lene existens, propterea quia materia ab ulcere genita praua est, quare os reddit ad tactum lene, seu lubricum, & os ipsum prauitate sua corrumpit, tandem redditur sub palidum uel albidũ, cum maiorem acquirat corruptionẽ, at ubi os ipsum purulẽtum fiat pustule in lingua nascuntur purulentum .n. redditur os cum distituatur ab innato calore, & ab ipso osse ut clarè apparet, pus subtile egreditur, uel quia nutrimẽtum delegatum pro nutricatione ossis in pus uertitur, uel quia materia sub osse existens, in ossis substantiam ingreditur, & ita os purulentũ redditur pustule in lingua nascuntnr, quia portio illius materie sub osse existentis destillat ad linguam inde excitãtur pustullæ, eger mente non constante consumitur; Quia elleuãtur uapores ab ea materia, qui ad uentriculos cerebri accedentes, rationem perturbant, plerisq; etiam neruorũ distentio in parte opposita super nascitur, ut si uulnus fuerit in parte sinistra capitis sequitur distinctio, seu conuulsio in parte dextra corporis, & è contra rationẽ huius dicti Hypp. reddere dificillimũ est & proinde nõ miror si uidus uidius dicat huius rationẽ ignorare. Nec miror si aliqui periti chirurgici scribentes auxi nõ fuerint super hac parte uerbum facere, ego uero à natura rei procedendo saluo semper meliori iudicio ita dicerem. Per neruorum ergo distenctionem intelligit Hyppocr. conuulsionem, seu spasmum, conuulsio enim, ut Gal. scribit 5. aphorismorum in comento primi aphorismi, & Auicẽna in 2. fen. 3. cap. 5. est egritudo neruosa, in qua contrahuntur partes neruosæ, uersus suam ori-

ginem,

ginem, nempe uersus cerebrum quod est principium omnium neruorum, & neruosarum partium omnium, ut sunt nerui cor de musculi, & ligamenta præterea omnis spasmus uel est de repletione, aut de inanitione, aut non proportionatus ad materiam quem Gal. uocat loco citato spasmum per cōsensum in nostro proposito spasmus de quo loquitur Hyppocr. in hac parte, uel est de repletione, uel est de inanitione, uel est non proportionatus ad materiam. Hic spasmus non est de inanitione, quia non est sequuta euacuatio superflua per quam fieri possit, spasmus inanitione. Item spasmus de inanitione in uulneribus fieri non potest, nisi propter magnam sanguinis effusionē, Hyppocr. hac in parte in genere intelligit de spasmo in sequente uulnus capitis non autem de spasmo, qui fit ex sanguinis effusione; Ergo hic spasmus erit de repletione, aut non proportionatus ad materiam non autē de inanitione, dico ergo quod hic spasmus de repletione est, qui aut est perpetuus, aut interpolatus, Dico quòd hic spasmus potest esse perpetuus, & potest esse interpolatus, si erit perpetuus, necessario causa ipsius erit materia, aut phlegmatica, aut sanguinea in parte opposita nucæ, nempe in principio ipsius nucæ quæ replēs ipsam nucham est in causa, ut abbreuietur nucha ad quam abbreuiationem sequitur contractio neruorum originem trahentiū ab ipsa nucha; quo fit, ut fiat spasmus in parte opposita parti capitis uulneratæ. Et si queratur cur est, quod tantum contrahatur nucha secundum unam partem, & non secundum totum, dicendum est, quia materia potest replere nucham secundum unam partem, & non secundum totum, & proinde aliqui uolunt nucham esse diuisam per medium mediante quodam paniculo. Pręterea, si iterum queratur cur est, quod conuelitur pars opposita corporis parti uulneratę capitis, & non pars eadem cum parte uulnerata? dicendum est, quod id fit propter aptitudinem materiei decurrentis ad partem oppositam nucæ, quam ad partem

eandē ipsius nucę, & forte, quia egri decūbunt super partē opposita parti uulnerate quāuis quandoq; sequatur oppositū ut experientia docet. Si uerò spasmus sit interpolatus, tunc id fit ꝓpterea q̄a aliqua materia phlegmatica decūbit ad nuchā partis oppositę, q̄ sua paucitate nō pōt, nuchā replere, & ex cōsequenti cōuulsionē perpetuā facere nō pōt, sed statutis tp̄ibus ab ea elleuantur uopores, q̄ replētes nuchā conuulsionē operant̄ interpolatā, & in ordinatā intelligo per interpolatā, & in ordinatā, eā quę fit statutis q̄busdā tp̄oribus, ut dictū est & cū hoc ēt motu quodā inordinato & nō naturali afficiunt̄ partes neruosę ēt per tp̄is spaciū ad diferentiā spasmi ꝑpetui, in quo partes neruosę simul cū mēbris q̄bus inseruiūt, remanēt perpetuo contractę Auic. in 3. lib. fen. j. trac. 3. c. ult. asserit, qđ ī uulnerib⁹ capitis ꝑueniētibus ad paniculos, accidit cōuulsio in parte opposita corporis, & paralisis in eadem parte scilicet corporis triplicemq; redit rationem huius Nicolaus Flor. quarum prima est, qm̄ pars uulnerata uel ꝑcussa molificat̄ opposita uero spasmat̄ q̄a pars ꝓpinqua parti ꝑcussę magis debilitat̄, pars opposita minus debilitat̄ mō pars magis debilitata nō pōt trahi supra materiā, sed potius sub ea relaxat̄, & sic pars corporis è directo ipsi uulneri molificat̄, sed pars opposita minus debilitata cōtrahi pōt, & sic cōtracta spasmat̄. Secūda causa est, q̄a ad partē percussam, & sibi propinquā confluit multa materia q̄ obturat in ea uias transitus spiritus animalis ad mēbra, unde sensū, et motū ꝑdūt, & sic molificat̄ seu resoluitur aut paraliticatur, ad partes aut oppositas, et magis distantes n on profluit tanta materiaut possit opilare uias ita, & resolutionem faciat: potest tamen lędere illas, unde contrahuntur, ut expellant noxam, ut ita fit conulsio. Tertia causa est, quia ad partem percussam et propinquam materie quæ profluunt sunt subtiles apte, ut in bibantur nō expulse propter debilitatem illarum partium, & in bibite molificant eas, materie autem grosiores remanent in partibus longinquioribus quę non sunt adeo fluxilis propter

suam

ſuam groſitiem, quare non molificant ſed ſpaſmant, & quamuis dicat Hyppocrates quòd ad uulnera capitis ſequitur conuulſio in parte oppoſita, experientia quandoq; oſtendit oppoſitum: Nempe ut fiat reſolutio, ut uidimus in Magn. D. Nicolao de Montefia. qui fuit ulneratus in parte ſiniſtra capitis anterius, & facta fuit reſolutio in parte deſtra non tamen in principio unde eſitabamus nunquid brachium deſtrum fuiſſet percuſſum nec ne tandem deuenimus incognitionem, quod erat reſolutio propter uulnus, quia nullam percuſſionem paſſus eſt in parte molificata, & credo, quod etiam crus fuerit reſolutũ: fuit tamen hæc reſolutio leuis, & in paucis diebus abolita eſt, non eſt ergo inconueniens; quod aliquando fiat conulſio in eadem parte & aliquãdo in oppoſita in exemplo, ſi uulnus ſit in parte deſtra capitis fiat cõulſio in deſtra parte ip ſius corporis, & paralaſis in parte oppoſita, uel ut nnum ex ijs tantum fiat in una uel altera parte, hęc dicta ſint. Quantum ad prognoſticum reliquũ eſt, ut ad curationem accedamus. Dico igitur quod capitis uulnera aut ſunt abſq; lęſione perhicranei aut cũ eiuſdem perhicranei lęſione, ſi ſunt ſine eiuſdem lęſione debẽt curari, ut reliqua uulnera carnoſa. Nempe ſuturis, & aglutinatione, quam ſententiam habet Auicena in 5. fen. 4. tract. de frac. cranei, dicens, uulnerum capitis uſq; ad termi num almochatim, cura eſt illa quę dicta eſt in curatione uul nerum; eandem ſententiam habet Gal. in lib. 2. de compoſitione meditamentorum ſecundum locos ubi agit de dolore capitis à confuſione; uerũ ut ſcribit Hyppocr. circa principium huius tractatus ſecundum traductionem calui, capitis ulnera non ſunt comtemnenda, tam & ſi tantum in cute fuerint, propterea, quia niſi diligenter tractentur ſępenumero periculum mortis afferũt, rationem huius redidimus, cum ſermo fieret de prognoſtico; neq; hic pertranſeo unum memoria dignũ attinens ad prognoſticũ qđ mihi ſucurrit ſuperioribus annis, fui uocatus ad curã cuiuſdam D. Augu-

ra tio uulneris capitis absq; lęsione perhicranij

stini de Castilionibus habitatoris in opido Belzoiosi q̃ magnã percussionẽ passus est, in capite cũ fractum fuerit solarium super quo erat magna copia grani, non tamen lęsum fuit os nec uulnerata cutis non obstãtibus euacuationibus conuenienter factis per Medicum peritum attamen incidit in epilepsiã ita, ut bis ter & pluries incureret parosismos in una hora epilepsie ratio huius colligitur a Gal. 3. de locis affectis c. 7. q nobilis uir nihilominus Dei optimi maximi q̃ auxilio curatus fuit solo oxirodino cũ stupis applicito erat enim estas, unum moneo obseruandum in his uulneribus nempe qđ quantumuis ueniant curanda ut reliqua ulcera Medici tamen maiorem debent adhibere diligentiã in curandis istis uulneribus quam in curandis reliquis, aliarum .s. corporis partiũ & hæc diligẽtia debet obseruari inuictus ratione ineuitando aerem præcipue frigidũ, & in totius corporis euacuatione. Quantum ad uictus rationem partiori uictu alendi sunt, & diu hoc parco uictu persistendũ. Quantum ad aerem in omni tempore euitandus est, aer frigidus, & quęcunque medicamenta frigida actu. Item corpus euacuandum est sectione uerę & pharmaco, in exemplo, si aliquis fuerit uulneratus in parte carnosa, si non seruet regimen in cibo, & potu periculum in minet de uita, item si aer frigidus percutiat uulnus, uel medicamẽto frigido uulnus mediceтur similiter in minet periculũ de uita, idem dico de corporis euacuatione, si nõ recte exerceatur, similiter inminet periculum; ergo in summa, hæc uulnera usq; ad pericraneum exclusiuè, curanda ueniunt, ut reliqua uulnera nempe carnosa, cum maiori tamen diligentia, si modo fuerint cum lęsione pericranei absque lęsione osis quandoq; maximum dolorem inferunt, & proinde siue sint hęc uulnera dolorosa, siue non delorosa curari debent, ut uulnera neruosa Non possum silentio pertransire, casum quendam quẽ uidi in quodam dicto il Moria in hac ciuitate, qui plurimis contusionibus percussus in capite, cũ leui uulnere in fron- abs-

Curatio uulnera [illegible] pericranei

que ossis lesione incurrit in magnum abscesum quasi secundum totum caput, ita ut ferè tota cutis capitis esset disiuncta à pericraneo, nisi sanguis, & sanies poterant expurgari absque bina aut terna sectione factis in locis conuenientibus et dum mirarer hunc casum, ecce rupta est arterea in parte distanti a uulnere per sex digitos unde multis adhibitis remedijs precipuè obcludendo uulnus tota cauernositas repleta est sanguine exeunte ab ea arteria eroxa à sanie, unde omissa medela per tres uel quatuor dies aperto uulnere egrediebatur cum expressione totus sanguis, & tota sanies contenta in cauitate rursus exeunte sanguine ab arteria replebatur cauitas: quo factū est, ut noua remedia fuerī aggressus proinde diligenter inspexi qua in parte erat arteria a qua agrediebatur sanguis quod dignoui digito tangendo omnes capitis partes cumq; sentirem arteriam pulsantem in parte dextra capitis eam comprimendo processi donec reperi locum rupture: quod dignoui, quia compressa arteria ea in parte non amplius egrediebatur sanguis, qua propter eam ligare decreui, & ita acu perforādo cutem ab extra intus in cauitatem, & ab intus extra filo arteriam ligaui, sors tulit, ut eam acertauerim nec amplius sanguis effluxit, deinde factis binis, aut ternis sectionibus cauernositas mundificata fuit clisterizationibus factis cum uino admista portione melis rosati, & ita Dei optimi maximiq; auxilio sanatus est, & multos uixit annos. Hanc istoriam uisus sum percontari, ut legentes hoc comentarium si forte fortuna in manibus eorum peruenerit aliquis similē patiens dispositionem non timeant, & sciant, quid agendum in curatione præcipue insistendo sanguinem. Nunc reddo ad id, unde digressus sum, curabūtur ergo, ut uulnera neruosa cum oleo rosato completo actu calido super ipso paniculo apposito cum filis, & si estas fuerit magis aridet oleum rosatum omphacinum, ubi modo non sit dolor, laudo oleum rosatū cum Modico uini rubei: uerum in prima medela conducit

albumen

albumen oui conquassatum cum oleo rosato, in seconda uē rò medela applicarem oleum rosatū, ut dixi super ipso pericraneo, & in labijs, seu super labijs applicarem unguentum ex uitello oui terebentina cū modico olei rosati, Quod medicamentum digestiuum uocant, & ita perseuerarem usq; ad tres uel quatuor dies. donec uulnus saniem cōquoquat: deinde admouerem terebentinam cum filis super pericraneum, & in toto uulnere, pro platismate uterer digestiuo donec uulnus conquoquat: deinde apperente concoctione si hyems est, laudo unguētum basilicon, aut diacalciteos, aut ceratum de betonica de quo inferius sermonem habebimus, in ęstate uerò conducit unguentum de cerusa incoctum usq; ad quatuor dies & etiam usq; ad septimam inungerem demum partes circumterminas cum oleo rosato, & stupas applicarem infusas in aceto, & oleo rosato. Transacta septima uterer stupis infusis in uino stiptico tantummodo absq; inuntione, at si incisa sit uena, aut arteria à quibus fiat sanguinis effusio (ut multotiens contingit) medicamentum ex aloe ture cum albumine oui, & pilis leporinis applicarem. Si lęsio in capite fiat uel à telo acuto cum ossis diuisione, aut à telo obtuso, seu retuso cum ossis fractura, & dicitur cōtusio cum fractura; ubi igitur incisio fiat in osse, uel incisio ipsa secundum rectum incedit, aut lateraliter si lateraliter, uel penetrat uel non penetrat, si nō penetrat, uel est cum ossis, & cutis supra osse existentis deperditione, seu amputatione, sine aut est ipsius ossis, & cutis amputatione. Nam si fuerit cum ossis, & cutis deperditione procedēdum est medicamentis multum exsiccantibus ulcus, & prohibētibus inflammationem, ueluti albumen oui conquassatum, cum oleo rosato adhibito puluere rosarum rubearū, & applicitum super osse ipso, in labijs autem ab osse supra sat est albumen oui cōquassatum cum oleo rosato exterius, idem medicamentum admouendū est cum stupis infusis in aqua & aceto in ęstate in hyeme uerò in uino, & aceto, in secūda

Curatio uulneris capitis cum ossis & cutis deperditione

medela Cephalici pulueres super osse admouendi sunt, ita tamen ut tanta sit portio farine fabarum quãta erit portio ireos, aristolochie, turis, & radicis panacis in labijs medicamentum digestiuum de quo superius diffusè diximus præcipue in tractatu de ulceribus, donec saniem conquoquat, exterius uero platisma eiusdem digestiui, aut basiliconis, nõ prętermittendo in unctionem factam ex oleo rosato, & stupas infusas in aceto, & oleo rosato in ęstate: in hyeme uerò infusas in aceto oleo rosato, & oleo camomelle, & ita procedendum est donec fuerit suspitio apostematis; Nempe usq; ad septimam, uerum ubi prius uulnus recte plus conquoquat ante septimam admouendum est medicamẽtum exsiccatiuum abstersiuum & carnis generatiuũ, ueluti medicamentum constans ex rexina terebentina, aut abietina mele rosato, & pulueribus capitalibus, quod mundificatiuũ uocant pro platismate usq; ad septimam applicandum est unguentum basilicon in hyeme transacta septima pulueres capitales debent esse ęquales in pondere cum non sit tanta intentio refrigerandi, minui debet quantitas farine fabarũ in labijs suprascriptum mundificatium supra uerò ceratum de betonica, aut de matre silua, aut unguentũ diacalciteos: si uero ęstas fuerit, aut inflãmatio aliqua appareat in labijs uulneris, applicetur unguentum de cerusa non coctum, aut coctum, aut unguẽtum de litergirio crudo, minuantur pulueres capitales in pondere, & addatur de farina fabarum, ita procedẽdum usq; ad consolidationem ulceris, exterius applicando stupas infusas in uino stiptico solo; Anima aduertendo, ut omnia applicentur actu calida, & ne aer frigidus percutiat uulnus. Si uero uulnus fuerit cum ossis incisione absq; deperditione ipsius, & tantum sit annexum cuti subiectæ, tunc uel ex toto non est annexum alteri ossi, uel aliquo pacto se tenet cũ alio osse, si primo modo, & facile est remouere ipsum os acute, tũc excorietur, & curetur uulnus eadem ratione qua dictum est superius, Si modo non facile sit

Curatio uulneris capitis cum ossis incisione absq; eius deperditione

le sit os ipsum excoriare acute, tunc omittatur, & curetur uulnus etiam ut dictum est superius uero cum alio osse quo quo modo se teneat, curetur etiam ut superius dictum est, si modo uulnus fuerit penetrans absque læsione paniculorum, & cerebri, uel est cum amputatione ossis, & cutis dura matre detecta, tunc in principio intentio est prohibere apostemationem modo superius dicto; uerum laudo albumen oui recens conquassatum cum oleo rosato optimo, etiam in labijs uulneris, & stante hac intentione prohibendi apostemationem, insurgit alia intentio, quæ est conquoquere; seu saniem facere in labijs, & id fit in secunda medela, super dura ergo matre, apponerem oleum rosatum cũ uino albo, aut rubeo cum peciolis tenuibus, & mollibus, & mundis, aut sindone rubeo, transacta suspitione apostematis, intentio est exsiccare abstergere absque mordicatione, cum aliquali corroboratione, ad hoc satisfacit mel rosaceum cum exigua portione olei rosati; aut mel rosaceum cum succo rosarum: aut mel rosaceum cum uino stiptico, supra ponendo pulueres capitales subtilissimos, & in pauca quantitate, at super ipso osse in maiori quantitate, ulcere pus concoquente intentio est exsiccare abstergere sine mordicatione, & carnem gignere, supra uero est prodendum stupis, & ceratis, ut dictum est, unum cum maxima diligentia anima aduertendo ne dura mater comprimatur, & proinde soleo ego ulceri adhibita medela, apponere frustrum cucurbite scice, deinde appono stupas, & ligaturam: hinc nassitur error uulgi quod arbitratur loco ossis deperditi apponendum esse frustrum cucurbitæ, sicçe credens cucurbitam annexam iri cum ipso osse, quod longe distat à ueritate nam cnm os corruptum natura expellat & respuat. Quod ẽt fuit genitũ ab ipsa naturę, quanto magis natura respuet cucurbitam quæ ex toto est res extranea & etiam præter naturam. Si modo fuerit uulnus penetrans cum lęsione paniculorum, & etiã cerebri, ita quod de substantia

stantia

stãtia ipsorum facta sit deperditio & os simul cum cute seu carne sit eleuatum ab alio osse carne tamen anexa secundũ aliquam partem, tunc si facile sit os à cute escoriare, debet escoriari, ut diximus in super admouendum est medicamẽtum ex aloe,& ture,cum albumine oui recentis conquassato redactis aloe & ture prius in subtilissimos pulueres diligenter facta istorum missela: deinceps cum pilis leporinis molibus prius infusis in albumine oui recentis conquassato super quibus ponatur medicamentum iam dictum, & applicentur super substantia paniculorum et cerebri cum maxima tamen diligentia,& cum actuali caliditate; deinde cutis super istos pilos seu supra hoc medicamentum cum pilis reducatur ad locum suum quem secundum naturam seruabat exterius et supra ipsã cutem applicandum est albumen oui cõquassatum cum oleo rosato nempe cum stupis prius infusis in oleo rosato,& aceto,& expressis, cum quibus procedendum est post secundam aut tertiam medelam usque ad septimam ad prohibendum apostema; Etiam soleo medicamento suprascripto ex aloe,& ture uti usque ad ulceris consolidationem, nec pilos in primis applicitos remoueo, sed tantummodo in partibus circumcirca uulneri applico de hoc medicamento, relinquens expulsionem istorum pilorum ipsi naturæ; & hoc modo curaui. Illust.D. Nicolaum de Montesia, quem Deus optimus Maximus sanauit, & adhuc uiuit, per multos enim dies permanserunt pili in ipso uulnere, tandem natura ipsos expulsit, et quod nunquam uideram in aliquo natura expulsit frustrum ossis in uiginti quatuor diebus, quod ex toto expoliauit ab alio osse,& adhuc perpetuò apparet motus cerebri ex ipsa cute fuit nihilhominus obnoxius dolori capitis per aliquot annos, tandem nutu Dei factus est sanus,& ab ipso uulnere; & hoc non est mendaciũ ẽt ꝙ tam ex incisione teli, quam ex medelis egressa sit quantitas cerebri duarum dragmarum, eadem rationem,& eadem modo curaui Magn. D. Scipio-

nem

nem de Damianis aſtenſem, qui uulneratus in fronte cum inciſione paniculorum et cerebri et magna ſanguinis effuſione, erat.n.uulnus incedens ſecundum rectum, appoſui.n. pilos leporis moliſſimos cum medicamento ſupraſcripto quos, in ipſam oſſis inciſi fiſſuram in fixi ita ut ſub oſſe, & ſupra cerebrum tenderent cum aliter non poſſem ſanguinē ſiſtere, & ſingulis diebus de hoc medicamento ad intra uulnus apponebam, & per ſpacium multorum dierum remanſerunt pili ſub oſſe, & tandem natura ipſos expulſit, & Dei optimi auxilio effectus eſt ſanus, ſi modo uulnus fuerit ſecūdum rectum in oſſe cum inciſione dure matris annexe ipſi oſſi cerebro, & pia matre illeſis quē admodum contingit in ſenibus, ſicuti ſuperius diximus, propterea: quia ſanies colligitur, & in multa quantitate in ea cauitate quæ eſt inter ſubtilem miningam cerebro adherentem, & duram matrē; uidere oportet qua ratione curari debet tale uulnus, quia eaq; raro contingunt niſi uiſa aut audita fuerint Medicum redunt ancipitem, & proinde dico quod ſemel uidi in quodā ſeptegenario ruſtico qui in ſumitate capitis fuit uulneratus cum ſecuri, cuius ratione fuit inciſum os cum dura matre, & quotiens cumque illi adhibebam medelam non poterat ſanies expurgari, niſi obturatis naribus, & ore & id per multum tempus exercui in ponendo mel roſaceum ſolum adintus cauitatem quę magna erat propter cerebri cōſumptionem ut ſuperius diximus, ulcus extra quaſi in totū in cicatricem inductum eſt, ex labijs dure matris genita fuit carumcula ſubtilis quę in expulſione saniei obturatis naribus & ore extra oſſis ſciſurā expellebatur perſeuerans huiuſmodi ſaniei generatio q̃d agerē me, latebat tādē in magi natus ſum, egrotātē ualde parce cibare, & conſolidationē fieri permiſſi: quod Dei optimi Maximiq; auxilio recte ſucceſſit ſum ego certus quod in ea cauitate remanſit de ſanie non expurgata, & oportet quidem fateri eam fuiſſe cōſumptam a natura, propterea quia hic egrotatus effectus eſt ſanus,

nus,& multos uixit annos, idem soleo exercere in uulneribus pectoris penetrantibus cuius causam uel rationem loco suo clare aperiã si altissimo placuerit opifici, si modo cõtingat ut uulnus laterale sit penetrans osse inciso sursum eleuato, illesa dura matre quod uulnus camerationem uocant Medici, ut superius declarauimus, hoc in casu applicandum erit albumen oui conquassatum cum modico olei rosati optimi in prima medela, tam supra duram matrem, quã in labijs uulneris, in secunda medela applicandum erit oleũ rosatum cum modico uini rubei stiptici, in labijs uero digestiuum donec uulnus pus cum quoquat, pro platismate digestiuum seu basilicon si hyems fuerit, cum stupis infusis in uino, & oleo rosato, & ita procedendum est usque ad septimam. Istis & alijs superius & inferius dictis aparente pure applicandum est mundificatium super labijs ulceris usque ad carnis generationem, & ceratum capitale post septimam super ipsa dura matre applicandum est mel rosaceum cum modico olei rosati, transacta quarta; & usque ad septimam; qua transacta mel rosaceum solum applicandum est usque ad repletionem carnis illius cauitatis: & hoc modo processi, in Magn. D. Iosepho de Tortis Papiense patiente magnã camerationem in capite, in qua uidi motum paniculi usq; ad octuaginta dies; & tandem effectus est sanus Dei gratia, quamuis esset duobus uulneribus alijs, & magnis uulneratus, & quoniam tempore quo curabatur non fidebam illi exhibere uinum apparentę motu durę matris cum tamẽ recusaret ipse egrotus omnem cibationem nisi biberet uinum, dubius quo me uerterem certe nesciebam ex una parte .n. certus eram de prohibitione uini ex altera uidebam eundẽ penitus recusantem omnem cibationem unde inter silam, & charibdem constitutus ut me pericula naufragij liberarẽ immaginatus sum decipere ęgrotãtem pro eius utilitate, & ita iussi ut fieret aqua decoctionis seminũ acetosę, q̃ semina ut multis conspicuũ, q. si aduersa aquæ rubedinẽ, est quandã

clara

clara talem quæ attribuunt, ut assimilari uideatur uino ru-
beo ualde claro hinc iussi, ut in ea apponeretur parum uini
granatorũ, delata aqua ad egrotãtẽ gauisus est ualde existi-
mans me illi uinum concessisse & dicebat apponatur, de a-
qua in eius mistione quãtũlibet q̃a non.n. curo modo adsit
aliqua portio uini, & proinde eam aquam inmiscui cũ alia
aqua simpliciter cocta, & ita satisfeci desiderio egrotantis
absque noxa, uerum dicebat, quod illud uinum erat cum
pauco sapore cum arbitraretur iam dictam decoctionem se
minis acetose esse uinum, & ita per multos dies exhibui hãc
missellam, egrotanti eundem decipiẽdo pro sui ipsius uti-
litate nũc de cura uulnerum cap. incidentium sc̃d̃m rectum
habita uulnerum lateralium curatione, tempus est, ut ad
curationem uulnerum secundum rectum incidentium ac-
cedamus, & proinde dico, quod omnia uulnera cum ossis
incisione incidentia, secundum rectum, aut sunt penetran-
tia, aut non sunt penetrantia, si non sunt penetrantia (quod
dignoscitur ossis raspatione cum raspatorijs,) curanda ue-
niũt ipsis raspatorijs, seu incisorijs, donec abolita sit incisio
ossis ea in parte in qua uerisimiliter incisio magis penetrat,
ueluti in medio ipsius incisionis, & ista incisio, seu raspatio
cum istis instrumẽtis curat, & docet curare, curat quatenus
dilatat fissuram: docet curare quatenus ostendit si est pe-
netrans nec ne: neq; in tali raspatione debet consequi tota
ossis incisio, sed sufficit ut dictum est in medio ipsius fissure,
nisi forte fortuna incisio facta sit cum extremitate ensis, uel
alterius rei similis, eo in casu cum magis penetret incisio ea
in parte raspatio quoq; fieri debet ea in parte, igitur non pe
netrante incisione facta raspatione, quod dignoscitur per
appositionem medicamenti nigri, ut dicit Hyppocr. quod
est enchaustrum, seu attramentum uidere oportet, quid
agendum sit, id enim conuincitur à natura rei ex quo id fit
ut plurimũ in principio, quo tp̃e periculum est de inflamma
tione; eo magis augetur suspitio perfrictionem factam cũ

Curatio uulnerum capitis s[ecundu]m rectum incidentium.

fero cum locus incalescat, & calidi sit attrahere: fit etiã aliquis dolor in labijs ex agitatione facta cum accissorijs, qui dolor iritat fluxum humorum, ideo ratio conuincit, quòd debet applicari medicamentum super osse repercussiuum, ut prohibeat fluxum humorum, & sua frigiditate calorem inductum in osse tolat, & cum hoc medicamentum debet esse siccum, & ualde siccum, ut conseruet complessionem ossis, proinde laudo acetum rosaceum per se solum, aut mistum cum modico uini rubei stiptici, & si frictio in osse sit facta pro maiori parte ipsius ossis, ita ut parum supersit ne penetret apponerem aliquid olei rosacei omphacini in ęstate, aut completi in alijs temporibus, & ratio, quæ me mouet est, quia quando fere totum os penetrat incisio, uerisimile est, ut cerebrum aliquo pacto sentiat noxam in raspatione hinc laudaui oleum rosatum, quod mirabilem habet facultatem confortandi cerebrum, ut Auic. scribit secundo Canone in cap. de oleo, & istud acetum cum oleo rosato, uel sine oleo rosato debet imponi in ipsa incisione ossis cum filis infusis in ipso; Animaduertendo tamen ne applicetur frigidũ actu, Quod cõmune præceptũ est in curandis omnib', uulneribus & capitis præcipue in super reliqua fieri debẽt, quæ faciunt ad prohibendum apostema, de quibus diffusè diximus superius, in labijs uulneris digestiuum admoueri debet, & reliqua exercenda sunt ut etiam diximus. Si modo incisio penetrat, uel est cum incisione paniculorum, & cerebri, uel sine eorum lęsione, si est sine læsione paniculorũ & cerebri, tunc admouendum est oleum rosatum omphacinum in ęstate, completum in alijs temporibus, & solum cũ filis ut diximus post ossis raspationẽ scilicet, & supra istas filas apponẽdę sunt alie file infuse in oleo rosato, & uino ad mentẽ Auic. & & sic perseuerãdum est, ut superius diximus. Si modo incisio penetrat, & sit cum lęsione paniculorum, & & cerebri, & sit incisio ossis lata, ut id quod est sub osse de sanguine, aut sanie possit extra educi, & dicitur ab Hyppoc.

ſedes curetur medicamento ex aloe ture albumine oui, & pilis leporis, ut diximus in hiſtoria Mag. D. Scipionis de Damiani, & Illuſtr. D. Nicolais de Monteſia. Et cùm magnifaciat nouos profitentes chirurgiam, ſcire ea, quæ mirabilia uidentur, & ſunt, non poſſum non percontare hiſtoriem quandam, de qua legentes hanc partem mirabuntur. Superioribus annis fuit uulneratus quidam D. Rolandus de Butigiellis in parte dextra capitis uulnere magno non ſolùm ratione nobilitatis membri, ſed etiam ratione magnæ eſſentiæ; quod uulnus penetrabat ſubſtantiam cerebri per digitum cum dimidio, & plus, erat.n. longitudinis quaſi unius palmi, uel parum minus, fuit etiam cum deperditione ſubſtantiæ cerebri, non ſolùm ſemel ſed pluries in eleuādo filas ſeu pilos leporinos. Superuenit (non recordor qua die) conuulſio præcipuè in uentre ſeu in muſculis uentris. Fuit cum febre per lōgum tempus, & multa alia ſinpthomata paſſus eſt, de quibus non recordor, & Dei optimi maximiq; auxilio ſanus effectus eſt in longo tempore tamen. Res fuit terribilis, quam niſi proprijs oculis uidiſſem, non credidiſſe. Curatus fuit medicamētis ſuperius dictis, & inferius dicendis. Declarata curatione uulnerū capitis cū lęſione oſ
ſis facta à telo acuto, reliquū eſt, ut de lęſione oſſis capitis fa
cta à telo obtuſo ſeu retuſo ſermonē faciamus, eo non pter-
miſſo quod ad curationem uulnerum capitis magnorum
cum magna cerebri inciſione attinet, ſi uulnus fuerit ma-
gnum magnaq. inciſio in oſſe cum magna cerebri inciſione
uulnus curandum uenit cum medicamento ex aloe albumi
ne oui, & pilis leporis, et ſuperius diximus, & non debent pi
li leporis amoueri niſi à natura expellantur ſemper apponē
do de medicamento iam dicto ſuper ipſo cerebro, & in labijs digeſtiuum in modica quantitate deinde mundificatiuum ſuper ipſis labijs, ſi libet poteſt etiam totum uulnus curari medicamento ex aloe ſolo cum pilis leporis, ſi modò

contingat, ut pili leporis appositi super substantia cerebri à natura expellantur, potest applicari super ipsa substantia cerebri lac humanum recenter à mamila extractum, nempe apponendo peciolam subtilissimam mundissimam infusam in ipso lacte aut sindonem rubeum, & supra hanc peciolam aliam infusam in uino albo, & dulci; anima aduertendo ne sit aqua in ipso uino, in labijs uulneris medicamentis ex aloe ture albumine oui, & filis aut pilis leporinis, uel loco eius mundificatiuum; in reliquis procedendum est, ut superius diffusè dictum fuit, Animaduertendo, quod omnia uulnera capitis maxima cum diligentia debent curari: & istud inter cętera in quo magna est lęsio in substantia cerebri, & inter alia quæ diligenter animaduerti debent, est, ut in hora medelę uulnus tueatur à frigore secundum omnẽ modum clausis fenestris, & ostio, ita ut nullus ingrediatur neque egrediatur in hora medicationis tueaturq; uulnus prunis circa ipsum detentis: item & pannis calidis ipsum diligenter cooperiẽdo, & nunquam discoperiatur totum uulnus, sed paulatim discoperiatur abstergatur, seu mũdificetur, & curetur, hanc partim similiter pannis calidis coperiendo, & ita paulatim pededentem discoperiatur mundificetur curetur, & coperiatur, alia diligentia adhibenda est in mundificatione ipsius uulneris, cum bonbace albo finissimo apposito super extremitate specili, Animaduertendo, ut potius aliquid saniei relinquatur quam secus, quia periculum est ne in abstersione de substantia cerebri tolatur potest etiam abstergi panno subtilissimo, & mundo, alia diligentia similiter adibenda est, ut. s. omnia actu calida caliditate temperata applicẽtur quod dignoscitur tangendo digitis in parte exteriore etiam inter alia animaduersione dignum est ne cerebrum agrauetur pannis aut filis, & ne eger loquatur nisi propter necessitatem & hoc sit etiam interdictum ipsis astantibus nisi submissa uoce, id fiat, nõ permittatur etiam, ut mulieres iuuenes nec senes Matre exce-

pta

pta cõuersentur in thalamo egrotantis, & hoc præcipuè sit uniuersale in oĩbus uulneribus capitis præsertim magnis, quam curationem exercui omni cum diligentia in quodam iuuene scolastico Mediolanensi, Nempe D. Paulo de Noate hoc excepto quod non animaduersus sum eum inseruiri a Domina illius domus, & ita res bene successit usq; ad decimam quartam, & omnis ratio postulabat, ut sanaretur ab eo uulnere, etiam quod res esset miraculosa, & eo maxime cum uulnus penetraret usque ad uintriculos, obfugeret tñ eos, quia uulnus erat secundum partem dextram, & erat adeo magnum, ut arbitrarer ea in nocte ipsum mori, cũ esset hora secunda noctis uel circa quando fuit uulneratus & cum in nocte è morte euasisset existimabam ipsum periturum sequenti die; res ita cessit, ut minus male res progrederetur usque ad decimam quartam, & adeò releuatus fuit eger, ut omnino sperandum esset de eius salute, cum uires omnes essent ualidę præcipue naturales erat etiam sine febre penitus; optimè se habebat ad oblata, mente letabatur, dormiebat, ut sanus; mala sors tulit, ut hæc maledicta mulier quam egrotus ipse carnaliter in sanitate cognouerat (quod tamen me latebat) decima quarta die cum exerceret frictiones, ut iusseram bis in die ista scelerata fricuit penem, & statim æger incidit in pollutionem, & circa hora prandij incidit in epilepsiam, ut superius naraui, et ita decima septima die perijt, hæc habui à quodam amico patientis qui id mihi retulit post obitum ipsius, de quo in felici successu non possum ego non uehementer tristari, & hæc dicta sint, ut euitentur eiusmodi incommoda. nunc unde digressus sum redeo, nempe ad curã uulnerũ capitis à telo obtuso, & dico qđ si Lesio fuerit in osse à telo obtuso seu retuso multis modis eam contingere, & secundũ Hyppocratem in isto tractatu fit quinque modis in genere quoniam uniuscuiusque modi adhuc species sunt plures; in quarum lęsionum curatione ad manualem operationem ueniendum est. In

primis

primis igitur ubi os cum uulnere findatur, & ita ut fissura ipsa sit admodum aperta, ut sanguis, & sanies sub osse existē tia extra educi possint, in hoc casu non est deueniendum ad operationem manualem; sed si uulnus uel lesio penetrat & fissura admodum stricta sit, ut sanguis & sanies ut dictum est sub osse existentia expurgari non possint, deueniendum est, tunc ad operationem manualem, Nempe dilatando fissuram aut perforando os aliquo ex instrumentis de quibus dicemus, dilatatio, fieri pōt excisorijs, & raspatorijs. Item et linea rotonda: perforatio uero fieri pōt eo instrumēto quo fabri calderarij utuntur ad perforādum lebetes, ita ut unū foramen distet ab alio per spatium dorsi unius cultelli, insuper cum uno paruo scalpello, & cum maleolo plumbeo os inter foramen & foramen incidatur, & tot exercere foramina cōuenit, ita ut remoto osse commodè possit id quod sub osse colligitur expurgari. Istis instrumentis usus est Albucasis, & Paulus Egineta, & Auic. quæ mihi tamen non arrident neque ea sequerer, Alio modo os perforari potest, nēpe instrumento ad formā ginete quo usus est etiam Albucaus in perforando os exercendo foramina ea ratione qua diximus, & incidendo os interforamen, & foramen cum scalpelo, & maleolo plunbeo, ut etiam dictum est. Tertio momodo perforatur os cum sera rotonda parua quam trapanum Medici uocant, & istud instrumentum in principio operationis debet habere in medio exiguum quoddā instrumentum paruum acutum impositum in medio huius serę rotondę, ita ut maneat in medio cuspis acuta parum eminens ultra seram quod inprimis infigitur in osse antequam os incipiat serari, & in uirtute illius instrumenti infixi in osse, sera hinc inde non lubricat uel labitur, et quando os fuerit à sera erosum usque ad medietatem debet instrumentū illud acutum in medio seræ existens tolli ne dura mater pungatur, & aliud instrumentum debet insuper ab extta ipsius serę apponi, quod est ad formam piri parui, quod instru

mentum equetur ipsi sere, & habeat eminentias acutas, & propinquas, per quas os erodatur, & istud instrumentũ apponitur ne cum sera ipsa, dura mater lędatur, & dicitur uulgari lingua, la nespola, potest etiam sisura dilatari cum excisorijs, cum igitur quatuor modis possit os fissum aperiri ita, ut sanies, & sanguis possint extra educi, uidere oportet, quibus uti melius sit propterea, quia Gal. 5. met. cap. 5. agens de curatione fluxus sanguinis multa connumerat remedia, deinde dicit quod illud est eligendũ, quod magis rationi consonũ esse uidetur, itẽ 14. Met. cap. 13. asserit si plura fuerint remedia uni morbo congrua illud est eligendum, quod est magis tutum & minorem infert noxam egrotanti, & quod cicius sanat, in proposito igitur dico, quoniam os perforandum potest esse, & molle, & durum si illud fuerit molle ut in pueris contingit melius est sisuram dilatare siue os aperire excisorijs, si uerò os durum fuerit magis laudo trapanum, seu seram rotũdam quã reliqua propterea, quia hęc duo instrumenta præter id quod sunt tutiora etiam cum minori noxa, & citius agunt quoquidẽ instrumento trapano .s. ut uideor mihi uidere; carebãt Gręci, proinde mentione facta instrumentorum aperientium os seu incidentium ipsum os capitis, expedit ut in genere uideamus, quæ sit causa cur os aperiri seu excidi debet, secundo quonammodo procedendum est in tali operatione, dico igitur, quòd ubicunque fuerit os scissum, aut fissum, aut fractum, aut collisum, & ratione conuincatur adesse sanguinem, aut humiditatem aliquam, uel saniem sub osse, quæ non possint expurgari, tunc semper aperiendum est os, ita ut possint expurgari, cum aliter non possit læsio curari, & hanc sententiam claram habet Hypp. in isto tract. Gal. 6. meth. c. 6. Paulus Egineta in 6. l. c. de fract. caluarie. Aetius. 14. lib. Auicen. in 5. fen. 4. tract. de fractura cranei, Aliebas, ubi de fractura cranei, & Cornelius Celsus in 8. lib. in cap. de fractura caluariæ, quamuis aliqui uelint posse curari læsionem in capite cum ossis fractura etiam pe-

netrante

netrantē ſolis medicamentis emplaſtris.ſ.& ceratis abſquē operatione manuali, eſto quod cutis fracta non ſit: quod ego non negarem poſſe fieri dummodo cum iam dictis medicamentis cum curerint hæc infra ut.ſ.eſſet egrotans cum uirtute forti in ſubiecto iuuenili bonorum humorū, & bonæ carnis, corpore quoq; exiſtente mundo, quæ quidē omnia raro ſimul reperiuntur, & proinde raro contingit hanc curationem aſſequi nos poſſe emplaſtris, & ceratis abſque operatione manuali, tutius ē ergo os aperire iā dicta operationem manuali in qua exercenda etiam maxime, cum diligentia non poteſt fieri quin cerebrum patiatur, aliquid attamen cum nulla detur uia alia melior per hanc tranſeundum eſt, Quod tertio uenit conſiderandum eſt modus, ſecundum quem fieri debet oſſis perforatio, dico igitur ſi os eſt fractum cute non rupta (quod dignoſcitur ſignis ſupradictis) in primis debent capili abradi, ſecundum totum caput, facta ipſorum humectatione cum uino atq; aqua cineris, & ſapone, uel forfice radicitus incidi, hoc facto debet incidi cutis ſecundum figuram crucis, uel triangulariter, ut melius in propoſito conducere uidetur cum raſorio, aut cū eo inſtrumento quod uulgo gamaut dicitur prout melius inſeruiet operi: deinde debent labia excoriari uel ſeparari ab oſſe, poſt modum debet uulnus totum impleri filis ſiccis aut filis infuſis in aceto multum expreſſis iterum infuſis in albumine oui conquaſſato, poteſt etiam aliquid olei roſati imponi in albumine oui conquaſſato, & ſupra debent poſt modum applicari ſtupe in aceto, & aqua infuſe, & expreſſe cum albumine oui, & oleo roſato. Quod ſi cutis fuerit rupta uulnus debet dilatari, ſecando, ut dictū eſt ſequenti die ſed prius ante dictam ſectionem debent aures egrotantis opilari uel obturari bumbace infuſo in oleo roſato, ne eger lędatur ſtrepitu facto in excidendo ipſum os, & id auctoritate Auic. loco citato, & ſi id fieri non poteſt in una operatione, ſeu in una medela fiat in duabus in tribus, & in quatuor

uicibus, Animaduertit Hyppocr. unum, & se ipso, & nota- animaduersio
tu dignum nempe in exercendo ferramenta, uel instrumen
ta ad excidendũos q̃d debent ipsa refrigerari in aqua frigi-
da, & hoc est, quia ex frictione seu agitatione facta in exci-
dendo ipsum os, ferramenta incalescunt ob quorum cale-
factionem incalescit quoq; os, cuius ratione facile est, ut
humores ad locum attrahantur, & in hoc casu soleo ego fer
ramenta refrigerare in aqua rosacea cum sit sicca, & stipti-
ca, quam sententiam habet Hyppocr. in tex. in quo scribit.
Iam uero, dum seccamus serra subinde recipienda est, & in
aquam frigidam demittenda: calefacta. n. dum circumagi-
tur calefaciendo siccandoq; os adurit, efficitq; ut pus abisce-
dat, eius ossis, quod sectionem complectitur, quam abscessu-
rum esset, quod si os protinus excidere usq; ad membranã
uelis, deinde ipsum eijcere subinde similiter recipienda ser-
ra est, & in aquam frigidã demittenda. Vult Hyppocr. quod
si nõ refrigerentur ferramenta, si os est abscessurũ plus ossis
abscedit, & si non est abscessurũ ratio cõuincit, quòd absce-
dat est quoq; animaduertendum, ut ossis perforatio fiat in animaduersiones
parte decliuiori, ita ut sanies possit commodius expurgari,
item euitandę sunt commissurę in tali operatione, propte-
rea, quia ut diximus superius dum fieret sermo, de anotho-
mia suturarum, exporrigũtur neruuli ex dura matre ex qui-
bus, cõtexitur pericraneum, qua de re maxima noxa seque-
retur ubi modo esset fractura in latere capitis, quo in casu
timetur ne cerebrum exeat per foramen factum à trapano,
tunc uidetur tutius esse, ut supra ipsam ossis fracturã os per-
foretur, quia eligimus magis difficultatem in expurgatio-
ne quam nocumentum exitus cerebri ex perforatione os-
sis facta in parte illa inferiore. nunc aliqua de tempore ma- quando perforatio trapani fieri debeat
gis idoneo dicamus hæc perforatio in ęstate secundum
Auicennã, & Eginetam ante septimam fieri debet in hye-
me ante decimam, uel etiam secundum eosdem ante de-
cimam quartam, secundum Hyppocrates in isto tractatu

debet fieri in primis tribus diebus, circa quam partem uidetur Hyppocr. contrarius Eginetæ, & Auicennæ, qui uolunt in ęstate posse differi usq; ad septimam, in hyeme usq; ad decimum, & decimam quartam, ut dictum est, & quod magis est etiam uidetur sibi ipsi contrarius, propterea quia in tractatu 3. de fractur. in tex. in quo scribit. (Pleriq; tamē medicorum fracturæ, seu integrę cutis sit) asserit, quòd in uniuersum uulnera non sunt uexanda neq; specilo; sed sic est, quod capitis uulnera si tertia die curentur manuali operatione magnopere uexantur. Ad primum dicendum est, quod Hyppocr. intelligit exercendam esse manualem operationem in primus tribus diebus si id cōmodè fieri potest si uerò aliqua causa sit quæ illud impediat quominus id cōmodè fieri non possit, usq; ad septimam in ęstate, & decimā quartam in hyeme differi potest talis operatio. Ad secundū dicendū est, q̄ in uniuersum uulnera, uexari nō debent, tertia die neq; alio tempore id tamen potissimū est intelligendum de reliquis uulneribus non autem de uulneribus capitis, quia alia est ratio curandi alia uulnera à ratione curandi uulnera capitis in uulneribus. n. capitis maximum periculum imminet quoniam nisi aperiatur os siue perforetur materia sub osse contenta interitū faceret proinde de duobus malis elligimus minus malum, & non solum in primis tribus diebus, & ante septimem in ęstate, & ante decimam quartā in hyeme fieri debet ossis perforatio quinimo post septimam in ęstate, & post decimam quartam in hyeme maxime est conueniens talis perforatio in osse, ut scribit Hyppocr. in isto tractatu ubi sic ait in textu, quod tamen hinc retro non ausus sum probare, Nunc uero motus auctoritate Hyppocr. textu iam dicto, quacūq; dies os perforarim modo uirtus esset ualida, & non ex toto negocium esset desperatum, id tamen agerem cum protestatione, facta tandē remotione à natura rei uenit applicandum medicamentū, quod prohibeat inflammationem et dolorem sede, pro-

pterea, quia non est possibile, ut talis exerceatur operatio scilicet perforationis uel ossis extractionis quin aliquis fiat dolor: item in tali operatione aliquo pacto cerebrum, & dura mininga patiunt propter agitationem factam à ferramẽtis; Quamobrem facile est, ut humores confluant ad locum uulneratum, & proinde in sequendo Auicennam laudo, ut facta ossis extractione applicetur oleum rosatum omphacinum in ęstate, uel oleum rosatum cum modico aquę rosate si omphacinum non reperitur, & oleum rosatum completũ in alijs temporibus; Nempe cum peciola subtili munda uetusta, aut sindone rubeo ad quantitatem ossis extracti, & supra istam peciolam appono aliam peciolam duplicatã, aut triplicatam infusam in oleo rosato, & uino rubeo, nec nimium potenti nec nimium debili, Animaduertẽdo, ut omnia, quæ applicantur in uulneribus capitis præcipue super cerebro, & paniculo sint calida actu, ut superius diximus super labijs debet apponi digestiuum fieri etiam debet in unctio cum oleo rosato in partibus circum terminis ipsi uulneri, apponendo stupas infusas in oleo rosato, & aceto supra, & circa ipsum uulnus; Animaduertendo etiam ut è directo foramini in ossis facto sit stupa ualde subtilis, ita ut cõmode oleum rosatũ possit infundi super ipso uulnere, atq; in ipsum uulnus penetrare omni hora citra hoc, quod uulnus discooperiatur, quod inuentum fuit Auicẽne mirum in modum commendandũ antequam exerceatur hæc operatio euacuetur corpus sectione uenę, & pharmaco lęni, de quibus dicemus, item & clisteri, & eo tẽpore quo hæc operatio fit, laudo ut fiant ligaturę dolorosæ in partibus extremis, est etiam perpetuo obseruandum in exercẽda tali operatiõe, ut Minister uel chirurgus ambabus manibus teneat caput ęgrotantis, sequenti medela applicandum est in ipso uulnere super dura matre oleum rosatum cum uino rubeo stiptico, & supra hunc pannum apponendi sunt pulueres capitales facta ipsorum missela, ut superius diximus in reli-

quis procedendum est, ut superius dictum est transacta suspitione apostematis (quæ trāsit septima die ut clare scribit Gal. 3. de compos. pharm. secundum genus non multum à principio distans) abstinendum est ab oleo in uulnere, & admouendi sunt pulueres capitales super ipso osse donec carne cooperiatur Cornelius Celsus post ossis extractionē applicat acetum super ipsa dura matre, & ego quandoque usus fui eo commixtione olei rosati, nec uerendus est usus ipsius aceti, quia dura mininga medicinam sustinet fortem si modo os fuerit collisum (quod cognoscitur signis dictis) uenit excidendum seu raspandum magis, & minus pro diuersitate maioris, & minoris collisionis, quæ collisio absq; depręssione dignosci non potest nisi coniectura habita ex magnitudine lęsionis factæ à causa primitiua, quæ operatio neque exerceri, nec scribi solet ab aliquo præterquam ab Hyppocr. in isto tractatu, & ego ipse usque in hanc diem talem operationē non exercui; attamen si mihi contingeret p. æ manibus habere patientem collisionem, operationem manualem modo iam dicto exercerem post ossis raspationem admouerem acetum rosatum solum quod prohibet inflammationem fieri, & corruptionem, simul enim exsicat, deinde applicarem pulueres capitales, quod si post ossis extractionem dura mater inflammetur ita, ut supra os exuberet, & dicitur (futratim ut scribit Auic. in tract. de frac. cran.) in principio agerem, ut dictum est: in augumento, scilicet inflammationis oleum rosatum cum olio camamillę admouerem in statu uerò pinguedinem anseris uel galinę cum modico olei rosati, & camomillæ, item, & fomētum cum decocto camomillę radicum altęę, & seminū lini applicarem cum peciolis duplicatis triplicatis quatriplicatisue, aut cum spongia inclusa in una peciola quę methodus est Auic. in suprascripro tract. de frac. cranei, & ubi nequaquam cederet ipsum apostema in hoc caxu Hyppocr. perseuerante apostemate exibet pharmacum in becille quod

semel

semel soluat, & id, assequi posset bolo cassiæ cum tamarin-
dis in æstate, & cum modico suci rosarum alijs temporibus;
& ubi fortè fortuna dura mininga denigretur, & illa nigri-
cies, sit propter putrefationem tunc cura est desperata, si
uerò fuerit propter aliquam medicinam tunc curetur me-
le rosaceo; his habitis, & declaratis uidendũ est, primo qua
lis debeat esse uictus ratio uulneratorum in capite secun-
do utrum conueniat uene sectio in uulneribus capitis, &
si conuenit qua in parte fieri debet. Tertiò utrum conue-
niat purgatio in istis uulueribus, & si conuenit qualis esse
debeat, Quantum ad primum dico, quòd uictus ratio de-
bet esse talis, ut humores minuantur hac ratione, ut prohi-
beatur apostema ut locus etiam uulneratus exsicetur cum
dicat Hyppocr. circa principium tractatus de uulneribus,
& de ulceribus, parum comedere aquam potare ulceribus
quam maxime confert secundum antiquam traductionẽ
ita quod non solum parcitas cibi & potus aquæ confert sed
maximi confert: proinde in omnibus uulneribus capitis
pręcipue cum lęsione pericranei, ossis panniculorum, & ce-
rebri uictus debet esse parcus; Nam si sit cum læsione pan-
niculorum & cerebri, sufficit tantum comedere, ut uires ma
nu teneantur. Ita ut sit ualde parcus in primis quatuor die-
bus, a quatuor usque ad septem aliquantisper uberior, à se-
ptima usque ad decimam quartam iterum parum uberior;
à decima quarta, usque ad uigesimam, iterum uberior po-
tus, usque ad uigesimam sit aqua cocta tantum. In exemplo
in primis quatuor diebus utatur, Eger ptisana ordeacea, se-
mel tantum in prima die, aut parum panatelæ, sequentibus
tribus diebus bis in die sumat ptisanam, aut panatelam in
pauca quantitate de uno quoque: & ita uberius proceden-
dum est cum istis duobus cibis usque ad uigesimam, mensu
rando tamẽ uires, ut possint tolerare, & ubi imbeciles essent
detur uitelus, oui, aut parum carnis contuse, simul cum pti-
sana aut panatela, transactis uigenti diebus, potest exhiberi
uinum

Victus ratio, in capite uulnera qualis debeat esse

uinum pauciferum cum multa mixtione aquæ uerum ubi pāniculus dura mater esset discoopertus aut cerebrum, differendum est in exhibitione uini quantum est possibile, pōt tamē uulneratus uberius refici nempe uitelis ouorum, aut contuso, uel carne pulina, aut altera re simili: uerum ubi uulnus sit in tēporibus differēda est masticatio quātum est, possibile, quia eger masticare non potest, absque noxa uulneris, & proinde Hyppocr. in tractatu. allegato uidetur magnopere commendare quietem, præcipuè partis lesę, transactis uiginti diebus adhuc uberius reffici potest; Nēpe carne pulina uitulina edina, in ferculis condro pane infuso in iure carnis, & similibus, & à cibo perpetuò dandus est, bolus succi citoniorum, hæc quantum ad cibum, & potum. In reliquis sex rebus non naturalibus euitet aerem frigidum secundum omnem modum non solum in hieme, sed etiam in estate, cum dicat Galenus 8. de usum partium, quod aer estatis quantumcunque calidus sit frigidior est, cerebro, & proinde debēt uulnerati in capite manere in thalamo calido, propter ignem accensum in thalamo aut propter prunas detentas in ipso met thalamo; animaduertendo, ut iste prunę sint multum accensæ de lignis quercus, & teneantur procul ab ęgrotante; quia uidimus aliquos non tamen uulneratos in capite, incurrere in maximā cerebri lesionem, ex fumo illato à prunis, ita ut uix interitum effugerint nec thus super ipsis prunis apponi debet, qa odor ille magnopere cerebrum lædit, Quiescant corpore, & animo: uidi superioribus annis Magn. D. Mafeum Georgium grauiter in capite uulneratum qui transacta septima cum bene se haberet cępit cogitare, de quibusdam edificijs agē dis quamobrem cerebrum uehementer passum est, ita ut arbitratus sit ex ea cerebri noxa ire ad interitum. Concedatur somnus nocte die etiam præter consuetudinem non tamen tantum, ut lędat, & a cibo per horam ad minus, si uēter sua sponte non deiecerit primis septem diebus clister

communis

communis adhibeatur, transactis septem diebus imponatur clister alternis diebus, loco exercitij fiant fructiones mane, et uesperi, non tamen per mulieres, & quia iuuenes quandoq; polutionem incurrere solent, debet fieri inunctio renibus cum unguento Gal. & si istud non satis facit applicetur scroto peciola infusa in aceto, & aqua rosata quod si adhuc non satisfacit ligentur testes citra noxam cũ bindelo qđ semper prohibet polutionẽ fieri, & ad id magnopere aduertendum est: quia nihil deterius uulneratis in capite polutione contingere potest, uerum magis nocet quando sponte fit, aliquos uidimus deuentos ad magnam partẽ sanitatis, ex coitu mortuos esse, et proinde soleo ego priuare mulierum conuersationem usque quo in totum, & per totum effecti sint sani, fugiant iram, fiant deliciosi quantum est possibile, & proinde concedo quibusdam horis diei sonum clauacinbuli aut pectinis aut uiolę, Reliquum est uidere, nunquid uulnerati in capite debeant phlobotomari nec ne; cum Hyppoc. in isto tractatu de phlobothomia nullum uerbum faciat nec Gal. 6. Met. cap. 6. nec Paulus Egineta, Nec Auic. nisi superueniente apostemate in dura matre, ex multitudine sanguinis; à natura rei, sumendo fundamentum. Dico, quòd in uulneribus capitis omnibus prætérquam in ualde exiguis competit uenæ sectio uirtute, & ętate consencientibus nisi plurimum de sanguine ex uulnere exierit, propterea quia propter dolorem, & debilitatem facile est, ut humores confluant, & ex consequenti fiat apostema, quod apostema plurimis modis nocet primo natura aggrauatur alio morbo, secundo apostema prohibet uulneris consolidationem seu sanationem, tertio dico quod Hippocrates perpetuò sanguinem mittit magna existente passione. Quartò de ratione uictus in acutis, 17. dicens acutas passiones phlobothomabis, & reliqua uulnera capitis æquiparantur acutis passionibus Gal. in comento, ut quod idem sit magna ægritudo, & acuta ęgritudo, idem Hyppocrates

crates in tractatu de uulneribus, & de ulceribus asserit. Si sanguis ex uulnere exierit, uulnus minus inflammatur, & magis exicatur, & ex consequenti citius sanatur Galenus. 4. Met. cap. 6. hanc partem exponens asserit uult Hyppocrates, quod egredi sanguini ex uulnere recenti bonum sit, propter rationes adductas: ergo intelligit Hyppocrates nō exeunte sanguine ex uulnere debere fieri phlobothomiam quia ex phlobothomia sequūtur illamet commoda quę sequuntur si sanguis exeat ex uulnere, & ita pro constanti ad hoc quæsitum dicendum est, phlobothomiam conuenire in omnibus uulneribus capitis seruatis conditionibus prædictis, ad id quod adducitur in contrarium dico, quòd locus ab auctoritate negatiuus non ualet. Secundo Quæritur utrum conueniat purgatio in uulneribus capitis, & si cō uenit qualis esse debet, & quo tempore exhibenda ea sit pro primo Hyppocrates in hoc tractatu, & Auic. in tractatu de frac. cranei solum commendant purgationem apostemate perseuerāte in dura matre Gal. 6. Met. cap. 6. Paulus Egineta in 6. lib. cap. de frac. caluarie, & celsus in 8. lib. penitus de purgatione ne quidem uerbum faciunt, ex quibus omnibus colligitur nequaquam purgationem conuenire in dictis uulneribus capitis qm̄ ubi id fieri contingat est, potius ratione apostematis quam ratione uulneris ex altera parte habemus rationem ipsam, ut etiam diximus de sectione uene ex dolore. n. & debilitate existentibus in uulnere facile est, ut non solum confluat illuc sanguis sed etiam reliqui humores subtiles colera, scilicet & petuita subtilis ex quibus facile fieri potest apostema, & proinde euacuatio horum humorum diuertens apostemationem maxime conueniens est ex quo purgationem conuenire clarè ratio adducta quę euidentissima est declarat, ad hoc facit dictū Hippocratis in tractatu de uulneribus, & de ulceribus eo in textu ubi dicit Purgare aluum in bona parte confert uulneribus capitis & uentris idem uult Gal. 4. Met. cap. 6. ubi non

solum

ſolum purgat humoribus auctis exiſtẽtibus imo etiam corpore exiſtente mundo, Quando ægritudo eſt magna quod trifariam contingere alibi diximus quoniam uel magna eſt ratione prꝗſtantie membri, ut ſunt uulnera capitis, & uentris ſiue ratione magne eſſentie, ut ſunt apoſtemata q̃ maximum ambitum tenent, & tunc conuenit purgatio ut humores diuerrantur, Ad id quod in contrarium adducitur uelle, ſcilicet Hyppocr. & gal. purgationem in uulneribus nequaquam congruentem eſſe; Reſpondetur, ut reſponsũ eſt de phlobotomia, Nempe quod locus ab auctoritate negatiue non tenet, Ad ſecundum quando quæritur quo tẽpore fieri debet purgatio. Dico ad iſtud quꝗſitum quod à principio fieri debet; Nempe poſt phlobotomiam die ſequenti quod certe intelligatur ubi humores fuerint maxime ſubtiles, & periculum ſit etiam reſpectu magnitudinis morbi aliter enim de humoribus ſemꝑ craſſis.n. expectãda eſt cõueniẽs humorũ prꝗparatio, Quꝗritur et tertio loco cũ quibus hæc purgatio fieri debet, Dico quod fieri poteſt cũ ſiruppo roſato ſolutiuo, & mele roſato ſolutiuo, ad pondus duarum onziarum pro ſingulo diſſolutis illis cum decocto fructuum, & quando ſiruppi diſtant à ſua origine cum nõ ſint adeo uigoroſi poteſt addi dimidia onzia caſſie in bolo aut diſſoluta cum iam dicto ſiruppo roſaceo, & mele roſaceo ſolutiuis, ſi modo dubium ſit, ne cruditates ſint inuenis miſeraicis prius exhibendus eſt bolus caſſie cum pulure liquiritie eadẽ die qua ſit phlobotomia, & exhibẽdi ſunt duo uel tres aut quatuor ſiruppi ex roſis, & de end. cum aqua betton. end. & buglo. his deinde ſumptis exhibenda eſt purgatio ſupraſcrip. ubi modo ponatur de reubarbaro in ſubſtantia ſimul cum ſiruppo roſaceo ſolutiuo, & mele roſato non ab re eſſet ad pondus. ſ. unius dragme omiſſa caſſia uerum animaduertendum eſt, quod ubi æger febricitauerit tunc nequaquam exhibenda eſt talis purgatio poteſt tamẽn tute exhiberi caſſia cum tamarindis, nempe ad pondus

Bb

dus sex dragmarum aut septem cum duabus dragmis tamarindorum, & id mihi magnopere arridet, quod potissimum intelligendum est in estatis tempore tunc enim neutiquam purgandum est corpus febre existente, ut clare ad mentem Hyppocratis in tractatu 2. de fracturis in textu ubi dicit: Sed si homo uacet febre &c. colligitur, & hæc dicta sint quantū ad purgationem, ut nihil relinquatur, quod non dictum fuerit in curatione uulnerum capitis neq; hic grauabor receptui canens uarias sectas uel opiniones, uel modos recessere quibus uarij modisq; uarijs curare solent capitis uulnera. Sciendum est quod tres reperiuntur inter cæteras secte altera est Hyppocr. quam in sequuntur omnes periti Medici tam antiqui quam moderni, quæ à natura rei rationem ducit, Nempe, ut in omnibus casibus in quibus periculum est ne aliquid sub osse contineatur, qđ expurgari nō possit semper os apperiendum est, Lafrancus uero Mediolanensis, non ex toto Hyppocr. opinionem uel sectam in sequitur cum uelit tantum modo in duobus casibus operationem manualem exerceri, Nempe ubi frustrū ossis aliquod pongat duram matrem, uel ubi os aliquod duram matrem grauat, Alia est secta quorūdam empiricorū qui prętermissa operatione manuali tantūmodo curant capitis uulnera ceratis, alij uero sola trapanatione unde à quibusdam fide dignis habui, quod quidam chirurgus Doctrinatus in hac Ciuitate Papiæ degens curam hospitalis mamagni gerebat à quo qui curabantur in capite uulnera fere omnes perhibant, & hoc nō solum in hospitali, sed etiam in Ciuitate tota sepissime contingebat quo factū est, ut qui hospitali præerant coacti fuerint conducere quendam Empiricum, qui omnia capitis uulnera curabat cerato quodā quod ut arbitror de betonica erat ceratum, & ab hoc omnes sanabantur, & sicuti, qui curabantur à primo chirurgo ferre omnes moriebantur, ita & qui ab isto empirico curabantur ferre omnes sanabantur huius rei causa est, ut opinor

nor ego, quod ille primus omnes uulneratos in capite trapanaret, ut etiam audiui ab aliquibus, & quod hic Empiricus, in hac parte bene fortunatus occurrerit tantum illis casibus in quibus non erat necessaria ossis perforatio, Alia est secta cuiusdam Anselmi de Genua, qui bonis carnibus & bono uino uulneratos alebat à principio usque ad finem uulneri applicando quoddã ceratum, Alia est secta Vgonis, Senensis quem insequutus est Teodoricus, qui omnia capitis uulnera curabat signaculis, & oratiunculis quibusdam, & uino decoctionis quorundam aromatum exibendo ipsum in mane, has omnes sectas excepta Hyppocr. secta non possum ego laudare, & hanc ipse semper sequutus sum uerũ secta Lafranchi Mediolanensis est minus mala reliquum est, ut receptas ceratorum commendatorum in uulneribus capitis descriptas à modernis describamus, & in primis est ceratũ de betonica, qđ non possum nõ magnopere laudare cũ betonica sit ualde amica capiti, ut satis notũ est R. resine abietine ablute cũ aceto acri onz. 13. cere noue onz. 9. dissoluãtur simul, & pluries abluãtur in aceto acri, & iterum dissoluãtur similiter abluãtur, cum lacte caprarum rubearum rursus dissoluãtur, & super ponãtur betonice Syluestris recentis bene munde, & diligenter trite onz. x1. & fiant magdaleones, & triginta diebus continui[illegible] malasentur, & postea seruẽtur pro usu iam dicta. ℞. succi betonice succi plãtag. succi apij colatorũ ana. lib. 1. cere noue resine ana. onz. 3. terbẽtine onz. lib. 1. quoquãtur usque ad consumptionẽ sucorum addẽdo Therebentinã ultimo loco, & fiat ceratum in bona forma. ℞. Centaureę minoris onz. 6. infundantur per noctem in uino optimo albo deinde dequoquãtur ad consumptionem meditatis postea collentur, & collatura iterum buliat ad spissitudinem melis de qua recipias onz. 3. lactis mulieris on. 2. terbentine lib. 1. cere noue onz. 3. rasine onz. 15. masticis gumi arabice an. onz. 1. & fiat ceratum in bona forma. Ceratum ad reducendum os in locum suum

R. mel

R. mel apum lapidem magnetis salem pumicem pulverizē-tur pulverizāda miscæ, & fiat emplastrum ceratum de matre silua. ℞. suci florū matris silue olei cōis, an. lib. 5. cere onz. 4. terbentine resine pini an. onz. 3. buliant ad cōsumptionē suci, & fiat emplastrum seu ceratum in bona forma. ℞. armoniaci bdelli serapini galbani opoponacis gumi elemi an. onz. 5. terbentine picis naualis resine pini uisci quercini sordiciei uasorum appum an. onz. 3. arist. ro. & longe diptami colophonie lapidis calamite polipodij corticū radicis arundinis an. ℨ. iij. fermenti asungie porcine olei laurini an. onz. 2. acet. onz. 1. fiat unguentum addēdo cere & sordiciei similiter quod satis est uasorū appum. ℞. suci betonice mel rosati collati an. onz. 1. miscedequoquantur ad consumptionem suci addēdo gumi ellemi pulverizati quantum satis est fiat unguentum molle, quod applicetur.

FINIS.